UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

Secunda Pars Libri Sacerdotalis, de officio Sacerdotis curati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

nit dñs benedictionem ⁊ vitam vſq; in ſeculum. Gloria pa. An.
Ecce nunc benedicite dñm, oẽs ſerui dñi. Qui ſtatis in domo dñi in atrijs domus dei noſtri. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: ⁊ benedicite dñm. Benedicat te dñs ex Sion: qui fecit celum ⁊ terram. Gloria pat. Kyrie eleiſ. Chriſte elei. Kyrie elei. Pater noſter. ſecreto. ℣. Et ne nos ind. ℟. Sed libera. ℣. Saluos fac ſeruos tuos, ⁊ ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Domine exaud. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.
Pretende dñe famulis ⁊ famulabus tuis dexteraʒ celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ que digne poſtulãt, conſequi mereantur. Per Chriſtum dominum. ℟. Amen.

¶ Finit quintus ⁊ vltimus Tractatus prime partis libri Sacerdotalis de Sacramento extreme vnctionis, ⁊ de ſepulturis, ⁊ alijs annexis.

¶ Secunda Pars Libri Sacerdotalis, de officio Sacerdotis curati.

Prohemium.

¶ De varijs benedicendi, ſeu benedictionum acceptionibus ex diuina ſcriptura acceptis.

Conſummata per dei gratiam priori parte huius libri Sacerdotalis de quinq; Sacramentis eccleſie, ⁊ eorum annexis per Sacerdotem inferioris ordinis, ideſt non Epi, cõſecrandis ⁊ miniſtrandis: eadem dei gratia preueniente, in hac ſecunda parte, de Benedictionib⁹ ad ſacerdotem non Epm pertinentibus, tractandum videtur. ¶ Benedicere, vel benedictio accipitur in ſacra ſcriptura ⁊ in malum ⁊ in bonum ſenſum. Et in malum quidem benedicere, idem eſt quod blaſphemare. Job. 2. Benedic Deo ⁊ morere: dixit vxor Job ad eum: ideſt blaſphema, vel maledic deo, vt te de hac vita eijciat. Et 3. Reg. 21. Benedixit Naboth deum ⁊ regeʒ: ideſt blaſ-

Bñdicere, hoc eſt blaſphemare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

blaſphemauit. Et hoc ideo ſub noīe benedictionis eam proferebant antiqui, pp horrorem nominis blaſphemię. Sed de hoc non intendimus. ¶ Accipitur ſecundo benedicere, vel benedictio, pro bonis imprecandis, vel tribuendis alicui. Gen. 1. Creauit deus hoīem ad imaginē & ſimilitudinē ſuā, maſculum & feminā: benedixitq; illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terrā: & ſubijcite eā: & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cęli, & vniuerſis animantibus, q̄ mouentur ſuper terraʒ. Et eiuſdē 22. Dixit Deus Abrahę. In ſemine tuo benedicentur oēs cognationes terrę: ideſt ſalutem habebunt in Chrō, qui ſm carnem natus eſt ex ſemine Abrahę. Gal. 3. Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Rurſus Gene. 27. Iſaac benedicens filium ſuum Jacob, bona illi imprecatus eſt, dicens. Det tibi Deus de rore cęli, &c. Eccle. 3. benedictio patris firmat domos filiorū.

Bn̄dicere, hoc eſt imprecari.

¶ Benedicere etiam, ſeu benedictio ſumitur tertio pro laude. Pſal. 33. Benedicam dn̄m in omni tpe, ſemper laus eius in ore meo. Pſal. 57. In eccleſijs benedicite Deo dn̄o. Gen. 34. Melchiſedech benedixit Abrahę, pp victoriam, quam ꝯſecutus eſt de inimicis: ideſt laudauit eum. Et pſal. 127. Ecce ſic benedicetur homo, q timet Dn̄m, ideſt laudabitur.

Bn̄dicere, i. laudare.

¶ Quarto loco ſumitur benedicere, ſeu benedictio pro gratiarum actiōne ac ſi diceretur, benedico, i. gratias ago. Deute. 8. Benedicas Dn̄o, cūm ſaturatus fueris. 1. Paral. 29. Benedixit omnis eccleſia Deuʒ. Tobię 4. Omni tpe benedic Deum. Et eiuſd. 12. Benedicite Deum cęli, ideſt, ei gratias agite: quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Pſal. 15. Benedicam Dn̄m, qui tribuit mihi intellectum: ideſt ei gratias agam. Et de his tribus, hic minime tractandum eſt.

Bn̄dicere. i. gratias agere.

¶ Accipitur quinto benedicere, pro ſanctificare. Gene. 2. Benedixit Dn̄s diei ſabbati. i. ſanctificauit illum. Similiter Leuiti. 9. Aaron extendens manum ad populum, benedixit ei, ideſt ſanctificauit. Saluator etiam noſter dn̄s Jeſus, vt dicitur Matth. 26. Accepit panem, & benedixit, ideſt in corpus ſuū tranſubſtantiauit. Contingit aūt aliquando benedici & ſanctificari homines, quandoque res inanimatas. De hominibus quidem dicitur Exod. 31. Ego Dn̄s, qui ſanctifico vos. 2. Parali. 5. Sanctificati ſunt omnes ſacerdotes. Res vero ſanctificantur, ſicut templum, vel eccleſia, altare, vaſa miniſterialia cultus diuini.

Bn̄dicere. i. ſanctificare.

uini. Exo. 39. Poſtq̄ Moyſes vidit omnia vaſa in miniſterium Dei completa, benedixit eis. Et quia homines potiſſimum per ſacra eccleſię ſanctificantur: quę epōꝝ ⁊ inferioris ordinis ſacerdotum miniſterio ſunt exhibenda, de quibus in pontificali, ⁊ in priori parte huius libelli tractatum: eſt nunc videndum re ſtat qualiter res benedicantur ⁊ ſanctificentur, ⁊ conſecrentur, ⁊ ad ſalutem hoīum diſponantur. Quia vero princeps huius mundi ſatan peſſimus hoīum ſaluti ⁊ vitę tam ſpūali q̄ʒ et corporali īuadet, multa nocua rebus humano vſui deputatis aduenit: vt ipſis ⁊ ſpūaliter ⁊ corporaliter noceat: ideo eccleſia inſtituit res benedici in virtute Dei: vt inimici prauitas eradicetur, ⁊ fideles in bono ſtatu ⁊ quiete conſeruentur. Quamuis autem iuxta beati Pauli apoſtoli dictum. 1. Timot. 4. oīs creatura Dei bona ſit, inquantum a Deo eſt: tñ ad effugandam virtutes inimici ab ipſa, nihilominus per eccleſiam ⁊ ſacerdotez ſanctificatur: vt ibidem idem Paulus ſubiungit dicens: creatura ſanctificatur per verbum ⁊ oꝛonem. ſ. ſacerdotis, ex inſtitutione eccleſię. Cum igitur ad ſacerdotem, tanq̄ʒ ad perſonā ad talem miniſterium deputatā, pertineat, eiuſque officium ſit, creaturas ad vſum humani generis a deo creatas benedicere ⁊ ſanctificare: ideo in hac parte huius libri Sacerdotalis tractabitur de bñdictionibus, quas ſacerdos non epſ poteſt facere ſuper rebus ipſis. ¶ Habuit autem originem hęc benedictionis ſeries a Chriſto: qui in ſaturatione quinq̄ʒ millium hominum panem benedixit. Joan. 6. cap. Et etiam in benedictione ⁊ conſecratione ſacramenti Euchariſtię. ¶ De qua rerum benedictione tractaturi, incipiemus a benedictione aquę: qua ⁊ populus ⁊ omnes res benedicendę aſperguntur ⁊ ſanctificantur.

¶ De aquę benedictę, qua in eccleſia populus aſpergitur, inſtitutione ⁊ effectu. Cap. 1.

¶ Ex concilio Nanetenſi.

Omnibus diebus dñicis vnuſquiſque preſbyter in ſua eccleſia ante miſſarū ſolennia aquā benedictā faciat in vaſe nitido, ⁊ tanto miſterio ꝯuenienti, de qua populuſ intrans eccleſiā aſpergat. Et atriuʒ eiuſdem eccleſię cū crucibus circūeundo ſiſr aſpergat: ⁊ pro aīabus ibidē quieſcentibus oret. Et qui voluerit in vaſculis ſuis accipiat ex

ipſa

qua: ⁊ ꝑ manſiones ⁊ agros ⁊ vineas, ſuꝑ pecora quoqꝫ ſua atqꝫ ſuper pabula eorũ, necnon ſuper cibos ⁊ potũ ſuum cõſpergat.

¶ Ex epl'a btĩ Alexãdri Pape primi ⁊ martyris fratribus per Aegyptũ miſſa.

AQuã ſale conſperſam populis benedicimus: vt ea cuncti aſperſi ſanctificẽtur. Quod ⁊ omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulę aſperſus populũ ſanctificabat atqꝫ mundabat: quanto magis aqua, quę ſale aſperſa, diuinis ꝗꝫ precibus ſacrata eſt, populuꝫ ſanctificat atqꝫ emundat? Et ſi ſale aſperſo per Eliſęum prophetam ſterilitas aquę ſanata eſt: quanto magis diuinis ꝑcibus ſacrata aqua ſterilitatem rerum aufert humanarum, ⁊ coinquinatos ſanctificat, atque purgat, ⁊ cętera bona multiplicat, ⁊ inſidias diaboli auertit, ⁊ a phantaſmatum verſutijs hominem defendit?

De bñdictiõe ſalis ⁊ aq̃ ſm ꝯſuetudinẽ ſcẽ Romanę eccl'ę. c. 2.

SAcerdos benedicturus aquam pro aſpergendo populo indutus ſuperpelliceo, ⁊ ſtola ad collũ poſita, veniens ad vrceolum aquę benedicendę dicat ℣ Adiutorium noſtrũ in noĩe dñi. ℟ Qui fecit cęlum ⁊ terram. Et clerico tenente coraꝫ eo ſal in aliquo vaſculo ad hoc deputato, ſacerdos eleuata dextera ſuper ſal, benedicit illud. Et notandum ꝙ iſti modi. ſc. de ſuperpelliceo ⁊ ſtola ⁊ ℣ Adiutorium noſtrum. ⁊ eleuatione manus, in omnibus benedictionibus ſunt obſeruandi. Dicto ergo. ℣. Adiutoriũ noſtruꝫ. Sacerdos incipit abſolute exorciſmus ſalis.

¶ Exorciſmus ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis ꝑ Deum viuum: ✠ per Deũ verum: ✠ per Deum ſanctum: ✠ per Deum, qui te per Eliſęuꝫ Prophetam in aquã mitti iuſſit, vt ſanaret̃ ſterilitas aquę: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſaluteꝫ credentiũ: vt ſis omnibus te ſumẽtibus ſanitas aĩę ⁊ corporis: ⁊ effugiat atque diſcedat ab eo loco, in quo aſperſum fueris, oĩs phantaſia ⁊ nequitia vel verſutia diabolicę fraudis, oĩſqꝫ ſpũs immundus adiuratus per eum qui venturus eſt iudicare viuos

⁊ mor=

⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℞ Amen. Oremus. Oratio.

Immēſam clemētiā tuā ops eterne Deus humiliter imploramus: vt hāc creaturā ſalis, quā in vſum gñis humani tribuiſti, bñ ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris: vt ſit oībus ſumentibus ſanitas anime ⁊ corporis: vt quicquid ex eo tactum vel aſperſum fuerit, careat omni immūditia omniq₃ impugnatione ſpiritualis nequitie. Per dominum. Exorciſmus aque.

Exorcizo te creatura aque in noīe Dei p̄ris ✠ oīpotētis, ⁊ i noīe Jeſu ✠ Chri filij eius Dñi nr̄i, ⁊ in virtute ſp̄us ſcī ✠ vt fias aqua exorcizata ad effugandā oēm ptātē inimici: ⁊ ipſum inimicū eradicare ⁊ explantare valeas cū angelis ſuis apoſtaticis: Per virtutē Dñi nr̄i Jeſu Chri, qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſclm ꝑ ignē. ℞ Amen. Oremus. Oro.

Deus q ad ſalutē humani gñis maxima q̄q₃ ſacramēta in aquarꝫ ſubſtātia ꝯdidiſti, adeſto ꝓpitiꝰ inuocationibꝰ nr̄is: ⁊ elemēto huic multimodis purificatiōibꝰ p̄parato, virtutē tue bñdictionis ✠ infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abigēdos demones, morboſq₃ pellendos diuine grē ſumat effectū: vt qcqd ī domibꝰ, vel in locis fideliū hec vnda reſp̄ſerit, careat oī imūditia, liberet a noxa, nō illic reſideat ſp̄us peſtilēs, nō aura corrūpēs: diſcedāt oēs inſidie latētis inimici: ⁊ ſiqd eſt, qđ aut icolumitati habitātiū inuidet, aut qeti, aſp̄ſione huius aq̄ effugiat: vt ſalubritas ꝑ inuocationē tui ſcī noīs expetita, ab oībus ſit impugnationibꝰ defenſa. Per do. Hic mittat ſal i aq̄ in modū crucis dicēdo. Cōmixtio ſalis ⁊ aq̄ pariter fiat in noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſp̄us ✠ ſancti. ℞ Amē. Deinde dicat ſacerdos. ℣. Dñs vobiſcū. ℞ Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

Deus inuicte virtutis author, ⁊ inſupabilis imꝑij Rex, ac ſēꝑ magnificꝰ triūphator: q aduerſe dñationis vires reprimis, q inimici rugiētis ſeuitiā ſupas, q hoſtiles neqtias potēter expugnas: te dñe tremētes ⁊ ſupplices dep̄camur, ac petimus, vt hāc creaturā ſalis, ⁊ aq̄ dignāter aſpicias, benignus illuſtres, ⁊ pietatis tue more ſancti ✠ fices: vt vbicunque fuerit aſperſa, per inuocationem tui ſancti noīs omnis infeſtatio immundi ſpiritus, abigatur terrorq₃ venenoſi ſerpentis procul pellatur, ⁊ preſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus vbique adeſſe dignetur. Per dominum noſtrum.

¶ Antiphona.

Aña. q̃ cãtari debet qñ aq̃ in eccl'ia aſpergit̃ ſup populũ C. 3.

In oib⁹ dñicis p̄ annũ, finita tertia, bñdicta aqua a ſacerdote celebraturo miſſã, primo aſpgat̃ altare mai⁹ ipſa aqua bñdicta genib⁹ corã altari flexis: ⁊ ſtatim a ſacerdote icipiat̃ añ. Aſpges me. ⁊ chorus ſequat̃. ⁊ dũ cõiter cantat̃ cum ſuo verſu ⁊ Gloria pñ, ab eodẽ ſacerdote primo clerici, deinde ſcl'ares aſpgant. Et ſacerdos aſpgẽs pplm dicat pſalm. Miſerere mei. Aña.

tota repetatur. Qua cantata ſacerdos ſtans ante gradus altaris maioris eccleſie, dicat ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi nos dñe ſancte, pater oṗs, ęterne Deus: ⁊ mittere digneris ſanctũ angelũ tuũ de cęlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq; defendat oẽs habitantes in hoc habitaculo, Per Chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen. Supraſcripto modo predicta cantẽtur in oĩbus dñicis per totũ annũ in aſperſione aque benedicte: excepto ꝙ in dñica de paſſione, ⁊ in dñica palmarum post pſalmum. Miſerere mei Deus, non dicitur Gloria patri, ⁊ fil. ſed antiphona poſt pſalmum repetitur. Et excepto tempore Paſchali: ſcilicet a Dominica Paſche vſque ad octauam Pentecoſtes excluſiue: quo tempore dicitur, Antiphona. Vidi aquam, cum ſuo pſalmo, ⁊ Gloria patri, ⁊ filio.

¶ In tempore paſchali ad aſperſionem aque benedicte, Antiphona.



lu ia, Al le lu ia. Ps. Confite mini do-

mino quoniã bonus: quoniã in ſeculũ miſericordi a eius.

Glori a patri ⁊ fi li o ⁊ ſpi ri tui ſancto. Vi di aquam,
ꝟſiculi ⁊ oro vt ſup. Repetat tota aña: poſtea dicat itroit⁹ miſſe.
De bñdictione aq̃ in vigilia Epiphanie, q̃ licet in Romana curia nõ fiat, in multis tñ eccleſijs ſolenniter celebrat. Cap. 4.
In Vigilia Epiphanie poſt Completorium, vel etiam lecta nona lectione in matutinis, ſacerdos indutus ſacris veſtibus cum pluuiali, ⁊ diaconus ⁊ ſubdiaconus ſacris ſui ordinis veſtibus induti, precedentibus acolytis, cum cereis, ⁊ cruce, ⁊ thuribulo, ⁊ alijs ſequentibus clericis, veniant ad locum, vbi paratus eſt alueolus cum aqua. Et dum recedunt de choro, cantent ſequens reſponſorium, cantoribus illud inchoantibus, ⁊ procedentibus. Deinde totus chorus ſequatur. Reſponſorium.

H O di e ce li a per-

ti ſunt: ⁊ ma re dul ce factum

 eſt:

eſt: ter ra exul tat: mon tes ⁊ col les lę tan-
tur. Qui a a Jo an ne in Jor da-
ne Chriſtus ba pti za tus eſt. ℟. Quid eſt
ti bi mare, ꝙ fu gi ſti: ⁊ tu Jor da nis
qui a conuer ſus es re tror ſum: Qui a.
Finito reſpõſorio, ante alueũ aquę cantor incipiat antiphonã.
Vox Domi ni ſu per a quas, Al le lu ia: De us ma ie ſta-
tis in to nuit: Al le lu ia. E v o v a e.
Pſalmus. Affer-

Afferte dño filij Dei: afferte dño filios arietū. Afferte dño
gloriā ⁊ honorē: afferte dño gloriā nōi eius: adorate dñm
in atrio ſancto eius. Vox dñi ſup aquas: Deus maieſtatis in-
tonuit: dñs ſuper aquas multas. Vox dñi in virtute: vox dñi ī
magnificentia. Vox dñi cōfringenti cedros: ⁊ confringet dñs
cedros libani. Et cōminuet eas tanq̄ vitulū libani: ⁊ dilectus
quemadmodum filius vnicornium. Vox dñi intercidentis flā-
mam ignis: vox dñi concutientis deſertum: ⁊ commouebit dñs
deſertū cades. Vox dñi preparantis ceruos: ⁊ reuelabit con-
denſa: ⁊ in templo eius oēs dicent gloriā. Dñs diluuiū inha-
bitare facit: ⁊ ſedebit dñs rex in ęternū. Dñs virtutem popu-
lo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Antiphō.

In ec cle ſiis be ne di ci te dominum, al le lu ia: de fon-

ti bus Iſra el, Al le lu ia. E v o v a e. Pſalmus.

Exurgat Deus, ⁊ diſſipent inimici eius: ⁊ fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut
fluit cera a facie ignis, ſic pereant pctōres a facie Dei. Et iu-
ſti epulent, ⁊ exultent in conſpectu Dei: ⁊ delectentur in lętitia.
Cantate Deo, pſalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcen
dit ſuper occaſum: dñs nomen illi. Exultate in cōſpectu eius:
turbabuntur a facie eius patris orphanorū ⁊ iudicis viduarū.
Deus in loco ſancto ſuo: deus qui inhabitare facit vnius moris
in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui
exaſperant qui habitant in ſepulcris. Deus cū egredereris in
ꝯſpectu ppli tui, cū ptranſires in deſerto. Terra mota: etenim
cęli diſtillauerūt a facie Dei ſinai: a facie dei Iſrael. Pluuiam
volūtariā ſegregabis Deus hęditati tuę, ⁊ infirmata eſt: tu ve-
ro pfeciſti eā. Animalia tua habitabūt in ea: paraſti in dulcedine
tua pauperi deus. Dñs dabit verbū euāgelizantibus: virtute

multa. Rex virtutum dilecti dilecti: ⁊ ſpeciei domus diuidere
ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros: pennę colũbę deär
getatę: ⁊ poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dũ diſcernit ce
leſtis reges ſuper eã: niue dealbabuntur in ſelmon, mons Dei,
mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid ſu
ſpicamini mõtes coagulatos? Mons in quo beneplacitum eſt
Deo habitare in eo: etenim dñs habitabit in finem. Currus
Dei decẽ millibus multiplex, millia letantiũ: dñs in eis in ſina
in ſancto. Aſcẽdiſti in altũ, cepiſti captiuitatẽ: accepiſti dona
in hominibus. Etenim non credentes, inhabitare dñm deum.
Benedictus dñs die quotidie: proſperũ iter faciet nobis deus
ſalutarium noſtrorũ. Deus noſter deus ſaluos faciendi, ⁊ dñi
dñi exitus mortis. Veruntamen Deus confringet capita ini
micorũ ſuorum, verticem capilli perambulãtiũ in delictis ſuis.
Dixit dñs, ex baſan cõuertam, conuertam in profundũ maris.
Vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex
inimicis ab ipſo. Viderunt ingreſſus tuos deus: ingreſſus dei
mei, regis mei, qui eſt in ſctõ. Preuenerũt principes coniuncti
pſallentibus in medio iuuencularũ tympaniſtriarũ. In eccle
ſijs bñdicite deo dño: de fontibus Iſrael. Ibi beniamin ado
leſcentulus in mẽtis exceſſu. Princeps iuda duces eorũ: prin
cipes zabulõ ⁊ principes neptalim. Mãda deus virtuti tuę: cõ
firma hoc deus, qḋ operatus es in nobis. A tẽplo tuo in hieru
ſalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis: cõ
gregatio taurorũ in vaccis populorum: vt excludãt eos qui pro
bati ſunt argento. Diſſipa gentes quę bella volunt: venient le
gati ex Aegypto: Ethiopia preueniet manus eius Deo. Re
gna terrę cantate Deo: pſallite dño. Pſallite Deo, qui aſcen
dit ſuper cęlum cęli ad orientem. Ecce dabit voci ſuę vocem
virtutis: date gloriã Deo: ſuper Iſrael magnificẽtia eius, ⁊ vir
tus eius in nubibus. Mirabilis Deus in ſctis ſuis Deus Iſrael
dabit virtutẽ ⁊ fortitudinem plebi ſuę: benedictus Deus. Añ.



Ipſe li be ra uit me, Al le lu ia: de la que o venan tium.

tium, Al le lu ia. E v o v a e.

Pſals. Qui habitat in. vt ſupra. fol. 60. deinde cantat aña. Exaudi nos dñe. fol. 200. qua finita, dicãtur litanie cantando, vt ſupra. fol. 187. Cantetur litania vſq3 ad verſum. Ut dõnum apoſtolicu3. 7c. incluſiue. Quo verſu cantato, ſacerdos ſurgat, 7 cãtet tres ſequentes verſus: videlicet. Ut hanc aquam bene ✠ dicere digneris, te rogamus audi nos. Ut hanc aquam bene ✠ dicere 7 cõſe ✠ crare digneris, te rogamus audi nos. Ut hanc aqua3 be ✠ nedicere, 7 conſe ✠ crare, 7 ſancti ✠ ficare digneris, te rogamus audi nos. Poſtea iteru3 genuflexus ſequat ℣. Ut inimicos ſctẽ eccleſię, 7 cęteros vſq3 in finẽ. Kyrie elei. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. Saluos fac nos dñe Deus nr̃. ℟. Et cõgrega nos de nationibus. ℣. Ut ꝯfiteamur nomini ſancto tuo. ℟. Et gloriemur in laude tua. ℣. Bñdictus dñs deus Iſrael a ſclo. ℟. Et vſq3 in ſclm, fiat fiat. Sufflat in aquã trib⁹ vicib⁹ ſic dicẽdo.

Exuffio te ois legio ſatanę in noie pa ✠ tris 7 fi ✠ lij 7 ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. Exorciſmus in tono lectionis.

Exorcizo te creatura aquę in nomine pa ✠ tris 7 fi ✠ lij 7 ſpũs ✠ ſancti: ne cõmuni ſis vlli ſpiritui immundo: ſed dabis honorem viuenti, atq3 regnanti patri 7 filio & ſpiritui ſancto: 7 vbicunq3 aſperſa fueris, ſpũs immundus ab eo loco recedat. Itaq3 adiuro te creatura aquę in noĩe Jeſu Chr̃i Nazareni filij Dei viui regis 7 iudicis nr̃i: vt ſis purgatio 7 ſanctificatio hoium: quos deus ad ſuã ſanctã gloriã vocare dignatus eſt. Te ergo inuoco dñe ſancte, pr̃ oĩps, ęterne Deus: vt hanc aquã exorcizare, 7 bñ ✠ dicere ꝑ tua pietate digneris: vt ois immũdus ſpũs locu3 in ea vltra nõ habeat: ſed vbicunq3 aſpſa fuerit, angelorũ tuoꝝ ibi deſcẽdat exercit⁹: Per Eũdẽ dñ3 nr̃m Jeſum Chr̃m filiũ tuũ: q vẽturus eſt iudicare. Lcõ libri numeri in tono feriali.

In diebus illis. Cõuenerũt filij Iſrael ad Moyſen, 7 Aaron: 7 verſi in ſeditionẽ dixerũt: Da nobis aquã, vt bibamus. Ingreſſus Moyſes 7 Aarõ, dimiſſa multitudine, ante tabernaculũ fęderis: corruerunt proni in terra3: clamauerũtq3 ad dñm, 7 dixerunt: Dñe Deus exaudi clamorẽ populi huius:

τ aperi eis theſaurum tuum fontem aquę viuę, vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria dñi ſup eos. Gradua.

Secūdū Joanē: in tono feriali.

In illo tempore: in nouiſſimo die magnę feſtiuitatis ſtabat Jeſus ⁊ clamabat, dicens Si quis ſitit, veniat ad me, ⁊ bibat. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Hoc autem dixit de ſpiritu: quez accepturi erant credentes in eum.

Exorciſmus aquę in tono lectionis.

Exorcizo te creaturę aquę per deum viuum, per deū veruz, per deum ſanctum, per deuz totius creaturę: vt te mundā exhibeas contra omnem morbum, atqꝫ inſidias inimici atque diabolicas poteſtates: vt vbicunque aſperſa fueris, ſit propitio deo defenſa domus ipſa: ſicut defenſę fuerūt in Aegypto domus hebręorū per ſignū ſanguinis agni: ſic defendantur dn̄e domus famulorū famularūqꝫ tuarū ꝑ aſperſionē huius aquę. In ipſius

noīe te exorcizo: qui verbo ſuo fontē manare ꝑcepit. Et in ipſius
noīe te exorcizo: qui filios Iſrael per medium mare eduxit. In
ipſius noīe te exorcizo: qui ſup te ſuis ſanctis pedibus ambula=
uit. In ipſius noīe te exorcizo: quē Joannes in te baptizauit: vt
oīs ſpūs erroris, ꝛ oēs phantaſie demonū ꝑ te aſperſe effugiāt,
ꝛ ſeparentur de eodem loco. Per eundem Chriſtum dominum
noſtrum, Qui venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculū
per ignem. ℟ Amen. Sequitur exorciſmus in tono lectionis.

Exorcizo te creatura aq̄ i noīe ✠ dei pa ✠ tris oīpotētis,
ꝛ in noīe Dn̄i nr̄i Jeſu ✠ Chr̄i, vt oīs immūdus ſpūs, vel
incurſio ſatane ſeparet a te creatura aque. Proinde ergo effice
re aqua exorcizata ad effugandū omne phātaſma inimici: tip
ſum inimicū effugare ꝛ eradicare valeas in noīe dei pr̄is oīpotē
tis: q cū eodē filio ſuo, ꝛ ſpū ſctō viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculo=
rum. ℟ Amen. Oratio. Et cantat in tono ſolenni orationum.

Bene ✠ dic dn̄e hāc aquā bn̄dictione celeſti: ꝛ aſſiſtat ſup
eā virtus ſpūs ſancti: ꝛ, vt vbicunqꝫ aſperſa fuerit, lōge re
cedat virtus inimicoꝝ, vmbra phantaſmatū, incurſio turbinū,
ꝑcuſſio fulminū, leſio tonitruoꝝ, calamitas tēpeſtatū, oīs ſpūs
ꝑcellarū, te ipſuꝫ oīpotentē deprecamur: qui viuis ꝛ regnas ꝑ
oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟ Amen. Oīo ſuper ſalem in eodem tono.

Virtutis tue inuictā fortitudinē deprecor dn̄e ſancte pater
oīpotēs, eterne deus ſup hoc ſal: cui nō minimā gratiā cō
ferre dignatus es, vt ex illo poſſint vniuerſa ꝯdiri: q hoībus ad
eſcā per tuū filiū dn̄m nr̄m ꝑcreari iuſſiſti: ꝑ queꝫ te dn̄e ſuppli=
ces exoramus: vt ſal iſtud ſancti ✠ ficare, bn̄ ✠ dicere, ꝛ conſe
✠ crare pro tua pietate digneris: vt ex vultu diuine maieſtatis
tue virtutē tuā cōtra oēs immūdos ſpūs poſſit accipere: expel=
lat de tabernaculis famuloꝝ famularūqꝫ tuarū qcquid poteſt
peſtiferū eſſe: ꝛ exhibeat plenū ſalutis effectū: deterreat preſti=
gia: phātaſiaſqꝫ cōpeſcat, ꝑ ſignū ſancte cru ✠ cis filij tui dn̄i
nr̄i: tutelā fideliſſimaꝫ deſiderantibus preſtet per hoc tuum dn̄e
ſigna ✠ culum: qđ nullius dolus nullius pertinacia deſigna=
uit. Per eūdē dn̄m nr̄m. Alia bn̄dictio ſalis in tono lectionis.

Bene ✠ dico te creatura ſalis in noīe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij
ꝛ ſpūs ✠ ſancti: qui te ad tutelā humano generi procrea
uit: ꝛ populo venienti ad credulitatē per ſeruos ſuos cōſecrari
prece=

pręcepit: proinde rogamus te dñe deus nr̄: vt hęc creatura ſa-
lis in noie ſanctę Trinitatis efficiat ſalutare ſacramentū: ſitqȝ
pfecta medicina in viſceribus fideliū tuorū. Per eūdē dñȝ nr̄m
Jeſum Chriſtum. ℟. Amen. Oratio ſuper ſal in tono orationis.

Intuere dñe hāc creaturā ſalis, quā vſibus humani gene-
ris tribuiſti: ⁊ petimus ops ęterne de⁹, vt ſignū cru ✠ cis
vnigeniti filij tui Dñi nr̄i Jeſu Chr̄i, vbi aſperſa fuerit aqua hoc
ſale cōmiſta, ſit efficax ad euacuandū oēm inimici adverſariam
ptātē, ꝯſumat, ⁊ arefaciat: nihilqȝ ibi remaneat immūdū, nihil
peſtiferū: ſed ad inuocationē nois tui ſit nobis mundū ac bñdi
ctū. Per eūdē dñm nr̄ȝ Jeſuȝ Chr̄ȝ filiū tuū. In tono lectionis.

Exorcizo te creatura ſalis per deū ✠ verū: per deū ✠ ſan-
ctū: per deum ✠ totius creaturę: qui te per Eliſeum pro-
phetam in aquam mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquę: qui
per apoſtolum Paulum dicere dignatus eſt, ſit cor veſtrum ſale
conditum: ideoque efficere ſal ad euacuandum, ⁊ expellendum
inimicū, omnemqȝ virtutem ⁊ putrедineȝ eius: in nomine Dñi
noſtri Jeſu Chriſti: Qui vēturus eſt iudica. In tono lectionis.

Dominus ⁊ ſaluator noſter Jeſus, anteꝗ̄ ad cęlos aſcēde
ret, apoſtolis ſuis mandauit dicens, habete in vobis ſal: ⁊
pacem habete inter vos. ¶ Hic ponat ſal in aquam dicens.

Hec cōmiſtio ſalis ⁊ aquę pariter fiat: in noie pa ✠ tris ⁊
fi ✠ lij ⁊ ſpūs ✠ ſci: ⁊ in virtute Dñi nr̄i Jeſu Chr̄i: cui eſt
honor, ⁊ gloria in ſecula ſeculorū. ℟. Amen. In tono lectionis.

Exorcizo te creatura ſalis ⁊ aq̄ in noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij,
⁊ ſpūs ✠ ſcti. Exorcizo te p deū viuū. Exorcizo te per cru-
cifixū. Exorcizo te per ſpūȝ ſcūȝ. Per eū te exorcizo, qui per Eli-
ſeū prophetā te in aquaȝ mitti iuſſit dicens: Hęc dicit dñs: Sa-
nabit aqua iſta, ⁊ nō erit in ea mors, neqȝ ſterilitas. Per ipſius
nomē te adiuro, q diuina voce oris ſui apoſtolis ſuis locutus eſt
dicēs: Vos eſtis ſal terrę, ⁊ cor veſtrā ſale ſit ꝯdituȝ: Vt oēs qui
ex te ſumpſerint, ſint ſanctificati in aīabus ⁊ corporib⁹: vt vbi-
cunqȝ aſperſa fueris, effuges inimicū, ⁊ pręſtes oībus remiſſio-
nē peccatorꝝ, expellas inſidias, ⁊ excludas oēs demonū tētatio
nes. Te aūt cōditor ⁊ reſtaurator oīum elementorū tuorꝝ, q hęc
fluenta noie tuo ſcificata ad purgationē locorū pficere iuſſiſti,
depcor: vt nois tui inuocata maieſtate, gratiā ſpūs ſci hęc aqua
accipiat:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

accipiat: valeatqȝ ad expellendas diabolicas artes per manꝰ ſeruorū tuorum aſperſa: per ſanctificationē, quaȝ tu dñe ſanctificando ſanctificas, ⁊ benedicendo benedicis: vt omnis inmundus ſpūs aſperſione huius aquę repulſus ⁊ perfuſus diſcedat: ⁊ omnis incurſus ſatanę, ⁊ omne phantaſma, omniſqȝ inmunditia, ⁊ putredo inimicorū longe recedat: nec cōſiſtendi, aut reſiſtendi habeat poteſtatem, nec in eodem loco ſtandi aut commorandi: ſed victus ⁊ deſtructus abſcedat diabolus cū omni pompa ſua: Per virtutem ⁊ gloriam Dñi nrī Jeſu Chrī: qui viuit ⁊ regnat cum Deo pr̄e ⁊ ſpiritu ſancto, per oīa ſecula ſeculorum. ℟. Amē. Exorciſmus ſup aquā ſale cōſperſaȝ in tono lectionis.

Exorcizo te creatura aquę ſale cōſperſa ꝑ deū viuū: per deū verū: per deū totius creaturę: qui te in principio ſeparauit ab arida, ⁊ in quatuor fluminibus diuidere dignatꝰ eſt, vt vbicunqȝ portata, vel aſperſa fueris, effugetur ⁊ ſeparet͂ inimicus, ⁊ oīs putredo eiꝰ: vt ipſa domus deo ſit dicata per virtutē Dñi nrī Jeſu Chrī: qui vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſclm per ignē. Item ſup aquā in eodem tono vſqȝ ad prefationem.

Te aūt creatura aquę adiuro per deum viuum: per deum verum: per deum ſanctum: per eum te adiuro, qui te in principio ſeparauit ab arida. Adiuro te per deuȝ viuū, qui te de fonte paradiſi manare fecit, ⁊ in quatuor fluminibus exire iuſſit, ⁊ totam terrā rigare precepit. Hic diuidat aquā ⁊ effundit in quatuor mūdi partes. Adiuro te ꝑ deū, q te ī Chana Galileę ſua potentia conuertit in vinū: qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulauit: qui tibi nomen impoſuit Siloa. Adiuro te per eū, qui Naaman ſyrū a ſua lepra ꝑ manuȝ Eliſei prophetę mundauit: Hic tangat aquam manu dicens: Aqua ✠ ſancta: aqua bene✠dicta: aqua la✠uans ſordes, ⁊ mūdans peccata, adiuro te per deū viuū, vt te mūdā exhibeas, nec aliquā phantaſiaȝ in te retineas: ſed efficiaris exorcizata ad effugandū inimicuȝ ⁊ oēs actus fulguris: ⁊ vbicunqȝ aſperſa fueris, ſiue in domo, ſiue in agro, ſiue in vineis, ſiue in ſeminatis cāpis, ſiue in fluctibus, ſiue in angulis cubiculorū, ſiue in nauibus, ſiue in puteis, vel ſiquis ex te guſtauerit, fias ei defenſio, ⁊ remediū ſanitatis: ipſe quoqȝ diabolus elonget͂ ⁊ ſeparet͂, quātū elōgatū eſt cęlū a terra, lux a tenebris, veritas a mēdacio iuſtitia ab iniuſtitia, dulce ab amaro: tam-

ro: tantũ elõget, ⁊ ſeparet ille immundus ſpũs ab habitationi-
bus famuloꝝ famularũqꝫ Dei: Per nomẽ Dñi nr̃i Jeſu Chꝛi:
q viuit ⁊ regnat cũ deo patre ⁊ ſpũ ſancto. Hic dicit in tono pſa
tionis. Per oia ſcl'a ſeculoꝛũ. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcum. ℟.
Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum coꝛda. ℟. Habemus ad dñm. ℣.
Gratias agamus Dño Deo noſtro. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.

Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt, equum ⁊ ſalutare, Nos tibi ſemper
⁊ vbiqꝫ gratias agere, dñe deus celi ⁊ terre: cuius virtu-
ti ſubdita ſunt vniuerſa: cuius verbo creata ſunt oia: ſupermit-
te (ꝗs) virtutẽ ſpũs ſancti tui ſuper hanc creaturã, vt fiat aqua
ſanctificata in noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſancti. Te igi
tur oipotens Deus, altiſſima ſalus, ⁊ reſpectoꝛ perpetuus, hu-
militer rogamus ⁊ petimus: vt nos exaudias: ⁊ miſerearis pci
bus noſtris: quatenus vbicunqꝫ hec aqua aſperſa fuerit, fiat, te
iubente, cauſa purificationis: habeat quoqꝫ perpetuã gratiã ip
ſa domus: fideꝫ rectã: ſpeꝫ certã: charitatẽ perfectã: gaudiũ ve-
rũ honoꝛem perpetuuꝫ: vt oẽs maleuoli ⁊ inuidi ſpũs ab ea ex-
pellantur, ⁊ ſeparent. Per Chꝛm dñm nr̃m. In tono lectionis.

Iterumqꝫ te alloquoꝛ aqua: que habes lucis ſimilitudinem: tu
ſub celo: tu ſuper celum: tu ſub terra: tu ſuper terrã. Super te in-
uoco nomen ſanctũ atqꝫ mirabile Dei oipotentis: qui te ſua po
tentia conuertit in vinum: ſuſpendit ſup celos: congregauit in
terra: miſcuit in mari: Qui te arcanis ⁊ velocibus ventis plue-
re pcepit: ⁊ ad vſum hoium lauacrum dedit, ⁊ ſitientibus potũ
ſubminiſtrauit: Super quaꝫ etiã ſpũs dñi non ſolum ferebatur,
ſed etiam fertur. Adiuro ergo te creatura aque per ſeptifoꝛmem
ſpiritũ Dei viui. Adiuro te per nouẽ oꝛdines angeloꝛũ. Adiuro
te p vocẽ tonitrui coꝛuſcationis tremẽdi ⁊ celeſtis regis. Adiu-
ro te p lignũ myſterij: de quo aqua pcuſſa ſtatim dulcis facta eſt.
Adiuro te per eũ, qui oia creauit: ne cõtẽnas vocem humilitatis
mee: ſed expellas oẽm vmbrã, oẽs ſatellites aduerſarioꝛuꝫ, oẽs
machinationes diaboli: ſiue ſpirituũ immũdoꝝ: ſiue biothana-
toꝛũ: ſiue errãtiũ: ſiue ex inuocatione magice artis, ſiue pcanto-
rũ argumenta: ſiue dꝛaconũ, ⁊ oiuꝫ volucrũ vel viperarũ: q᷑ im
perat tibi dñs Jeſ᷒ Chꝛs filius dei viui: ꝙ mox vt aſperſa fueris
in noie dei ſabbaoth: ſiue in hoib᷒: ſiue in domib᷒: ſiue ĩ vineis:
ſiue in pecoꝛibus, vel qbuſlibet aiantibus: ſiue in ſeminatis cã-
pis: ſiue

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pis: ſiue in qualicunq; creatura vniuerſali: ſiue quocunq; loco aſperſa fueris, ſiue ſup infirmũ, vel languentẽ: ſiue in potũ data fueris homini in valetudine detento, aut maligni ſpũs infeſtatione percuſſo: mox expellas ⁊ excludas omne malignũ: vt poſſit homo velocitus ſaluus fieri per virtutez Dñi nři Jeſu Chri. q; neq; dici, neq; ſcribi, neque cõputari põt, cui nomẽ eſt Do. In tono prefationis Tu aũt dñe, qui per angelum tuum, fontẽ Agar oſtendiſti: ⁊ ex eo Jſmael ſitientem potaſti: Qui pueri tui Abrahę in Meſopotamia preces exaudiſti: ⁊ omnia deſideria cordis eius impleuiſti: Qui famulo tuo Moyſi in diſerto eremi petram percutere, ⁊ ex ea aquam producere, ⁊ populum rigare iuſſiſti. Ter dicatur ſequens verſus. Qui aquam amaram immiſſo ligno dulcoraſti: Benedicere ⁊ ſanctificare digneris domine hanc creaturam aquę, Jn nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Hic mergat ſacerdos crucem in aqua tribus vicibus: ſignando fontem cum cruce. Cantores autem cantent ſemel has ſequentes antiphonas infraſcriptas. Aña.



rem: a qua Jordanis ſtupuit: colūba ꝓteſtatur: paterna

vox au di ta eſt, hic eſt fi li us me us.

Deinde ſacerdos cruce depoſita dicat in eodez tono pręfationis.

Vt vbicunqz aſperſa fuerit in noīe tuo oēs iaculationes ſęuas inimici expellat. Illud etiā rogamus ꝛ petimus deus ops, vt ſicut ad domū Raguelis ſanctū angelū tuū Raphaelez mittere dignatꝰ es, vt Aſmodeū dęmonē alligaret, ſimile quoqz beneficiū domibus nr̄is donare digneris: vt vbicūqz hęc vnda aſperſa fuerit, nunq̄ malignus ſpiritus in eadē domo cōſiſtendi vel cōmorandi habeat poteſtatē: ſed confuſus ꝓtinus: ꝛ deſtructus abſcedat. Per Chr̄m dn̄m nr̄m: per quez maieſtatē tuā laudāt angeli, adorant dn̄ationes, tremūt ptātes: Cęli cęlorūqz virtutes, ac btā ſeraphin ſocia exultatione cōcelebrant: Cū quibus ꝛ nr̄as voces, vt admitti iubeas, deprecamur ſupplici cōfeſſione dicētes. Et chorus cātet in tono feriali, vt ſupra. fo. 181.

Sanctus, Sanctus, Sctūs Dn̄s Deus Sabaoth. Pleni ſunt cęli ꝛ terra gloria tua: oſanna in excelſis. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i: oſanna in excelſis. Sequit̄ ſacerdos in tono lectionis.

Exorcizo te ſpūs immunde per Deū viuū: qui fecit cęlum ꝛ terram, mare ꝛ omnia quę in eis ſunt: vt oēs virtutes aduerſarij, oēs exercitus diaboli, oēs incurſus, oē phantaſma inimici eradicent, ꝛ effugiant ab hac creatura ſalis ꝛ aquę: ſit ſancta ꝛ ſalutifera: ꝛ ignis ardens aduerſus oēs inſidias inimici: ꝛ vbicūqz portata vel aſperſa fuerit hęc creatura ſalis ꝛ aquę, ſit ſanitas, ꝛ ſynceritas, ꝛ corporis medicina: ꝛ effugiat oīs infirmitas: Fulgura quoqz ꝛ grādines ab aſperſione huius aquę ſeparent, effugiāt ꝛ elongent: ꝑ eum, qui vēturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ ſeculum per ignem. R. Amen. In tono pręfationis.

Vere ſcūs, vere bn̄dictus, terribilis, metuēdus, ꝛ adorādus es dn̄e deus noſter: ab occultis nr̄is munda nos: ꝛ ab alienis parce

nis parce ſeruis tuis: vt cū fiducia valeamus dicere orōnē illam
regalē, quam Dn̄s ꝛ Saluator nr̄ per euangeliū ſuū orare do-
cuit dicēs. P ater noſter. qui dicatur in cantu ſicut in miſſa, ꝟ.
Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℟. Amen. In tono orationis.

Libera nos, q̄s dn̄e, ab oibus malis, p̄teritis, p̄ſentibꝰ, ꝛ fu-
turis, Libera nos q̄s dn̄e, famulos ꝛ famulas tuas a gladio,
a fame, a tētatione diaboli, ꝛ ꝑcuſſione ſcti, ꝛ ab īfirmitatibꝰ ma-
lis: ꝑ liberatorē ꝛ redēptorē nr̄m dn̄z Jeſuz Chr̄m filiū tuū: q. te.

Domine ſancte pater oḡs, ęterne Deus, Pr̄ Dn̄i nr̄i Jeſu
Chr̄i, Deus Abrahā, Deus Iſaac, Deus Jacob, exorci-
zantē me iſtā creaturam ſalis ꝛ aquę, p̄cor te, exaudire digneris
in noīe eiuſdem Dn̄i nr̄i Jeſu Chr̄i Nazareni filij tui, Dei viui,
Regis ꝛ iudicis nr̄i: vt ſit purgatio ꝛ purificatio oibus hoibus:
atq3 in eis, q̄bus aſpſa fuerit, habeat ptātē ad effugādos immū-
dos phātaſmaticos ſpūs, ꝛ oēs nefariū diabolū, atq3 oēs figu-
ras ꝛ minas ſatanę. Cōcedat etiā ei ptās ad exterminandū ful-
gura ꝛ grandines, ꝛ oēs aduerſitates humanę naturę: vt non
poſſit immūdus ſpūs nocere his locis in quibus aſperſa fuerit:
ſed ꝯfuſus ꝛ deſtructus abſcedat ꝑ virtutē Dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti
Regis nr̄i. Qui cū deo pr̄e viuit ꝛ regnat. In tono lectionis.

Adiuro te creatura ſalis, ꝛ aquę ī noīe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij
ꝛ ſpūs ✠ ſcti. Adiuro te in noīe Dn̄i nr̄i Jeſu Chr̄i: q̄ ſup te
ſuis ſctis pedibus ambulauit. Adiuro te ꝑ eum: q̄ te de fonte pa-
radiſi ꝓduxit. Adiuro te per eū, q̄ aplīs ſuis p̄cepit dicens: Ite,
baptizate oēs gētes in noīe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpūs ✠ ſcti.
Per ipſius nomen te adiuro: vt vbicūq3 aſpſa fueris, oē phātaſ-
ma de domo ipſa, ꝛ oīs incurſio diaboli eradicet ꝛ effugiat, per
deū viuū, ꝑ deū verū, ꝑ deū totiꝰ creaturę: vt neq3 hoibꝰ, neque
domicilijs, neq3 nauibus, neq3 pecoribus, neq3 frugibus, neq3
ardoribꝰ noceat. Per eūdē dn̄z nr̄z Jeſuz Chr̄m, q̄ venturus eſt
iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſcl'z ꝑ ignē. ℟. Am̄. In tono orationis.

Deus, qui ad ſalutem humani generis, maxima quęque ſa-
cramēta in aquarū ſubſtātia cōdidiſti, adeſto ꝓpitius in-
uocationis nr̄is: ꝛ elemento huic multimodis purificationibus
pręparato virtutē tuę bn̄ ✠ dictionis infunde: vt creatura tua
myſterijs tuis ſeruiēs, ad abigendos demones morboſq3 pel-
lēdos, diuinę gratię ſumat effectū: vt quicquid in domibus, vel
in locis

in locis fideliū, hęc vnda reſperſerit careat oī immunditia, liberet a noxa: nō illic reſideat ſpūs peſtilēs, nō aura corrūpēs: diſcedāt oēs inſidię latētis inimici: ⁊ ſiqd eſt, qđ aut incolumitati habitantiū inuideat, aut qeti, aſpſione huius aq̄ effugiat atq; diſcedat: vt ſalubritas per inuocationē tui ſancti, nōis expetita, ab oibus impugnationibus ſit defenſa. Per dñm nřm Jeſum.

Benedictio Dei pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpūs ✠ ſancti deſcēdat ſup hanc creaturā ſalis ⁊ aquę. Amen. Quo facto ſtatim ſacerdos incipiat Symbolū. ſ. Credo in vnū deū. quo finito aſpgat ſacerdos aquā ſup pplz: ⁊ clerici cātēt in choro añaz. Aſperges me dñe. cuz ps. Miſerere mei. ⁊ Gloria pat. folio. 59. Deinde dicat ſacerdos ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiam tuā. ℟. Et ſalutare tuū da nobis. ℣. Dñe exaudi orōnē meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū ſpi. Oremus. Orō.

Preſta, q̄s dñe, famulis tuis p hanc aſperſionē aquę benedictę ſanitatē mentis, integritatē corporis tutelā ſalutis, ſecuritatē ſpei, corroborationē fidei, ⁊ charitatis fructū, hic ⁊ in ęterna ſcl'a ſeculorū. Per Chrz dñz nřz. ℟. Amē. Oremus. Orō.

Exaudi nos dñe ſctē, pr̄ oṗs, ęterne Deus, ⁊ mittere digneris ſctū angelū tuū de cęlis: q cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq; defendat oēs habētes i hoc habitaculo. Per Chřm dñm nřm. ℟. Amē. Quibus finitis diaconus cantet euangeliū in tono feriali. ¶ Sequentia ſancti euāgelij ſecundum Lucam.

Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus: ⁊ Jeſu baptizato: ⁊ orante, apertum eſt cęluz: ⁊ deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. Et vox de cęlo facta eſt: tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta, vt putabatur filius Joſeph: Qui fuit heli: qui fuit matthat: qui fuit Leui: qui fuit melchi: qui fuit Janne: qui fuit matthathię: qui fuit amos: Qui fuit naū: qui fuit heli: qui fuit nagge: q fuit mahath: qui fuit mathatię: qui fuit ſemei: qui fuit Joſeph: qui fuit Juda: qui fuit ioāna: qui fuit reſa: qui fuit zorobabel: qui fuit ſalathiel: Qui fuit Neri: qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit choſan: Qui fuit helmodan: q fuit her: qui fuit Jeſu: qui fuit eliezer: Qui fuit ioram: qui fuit mathat: qui fuit leui: qui fuit ſimeon: qui fuit iuda: Qui fuit Joſeph: qui fuit iona: qui fuit eliachim: qui fuit melcha:

cha: Qui fuit mēna: q fuit mathathie: q fuit nathan: q fuit dauid: q fuit ieſſe: q fuit obed: q fuit booz. Qui fuit ſalmon: qui fuit naaſon: q fuit aminadab: q fuit arā: qui fuit eſrom. Qui fuit phares: q fuit iude: q fuit iacob: qui fuit iſaac: Qui fuit abrahe: q fuit thare: q fuit nachor: q fuit ſaruch: qui fuit ragau: q fuit phalech: qui fuit eber: q fuit ſale: q fuit cainan: Qui fuit arphaxat: q fuit ſem: q fuit noe: q fuit lamech: q fuit matuſalē: Qui fuit enoch: qui fuit Jared: q fuit malaleel: q fuit cainā: q fuit enos: qui fuit ſeth: qui fuit adā: q fuit dei. Jeſ9 aūt plenus ſpū ſcō regreſſ9 eſt a Jordane. Quo finito, cātores incipiant. Te deū. ⁊ totū decātet. f. 224.

De aſpſione aq̄ bñdicte p domos fideliū p clericos faciēda. Ca.

Clerici volētes domos fideliū aſpergere aqua bñdicta, dicant pſalmū. Miſerere mei Deus. fol. 59. cū orationibus ſequentibus. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ſi fuerit ſacerdos addat ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oro.

Exaudi nos dñe ſancte, pr̄ omnipotens, eterne Deus: ⁊ mittere digneris ſanctum angelum tuum de celis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atq3 defendat omnes habitātes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dñm noſtrum. Oremus. Oro.

Adeſto dñe ſupplicationibus nr̄is: ⁊ hāc domū ſereniſ oculis tue pietatiſ illuſtra: deſcēdat ſup habitātes in ea gratie tue larga benedictio: vt in is manu factis habitaculis cū ſalubritate manētes, ipſi tuū ſemp ſint habitaculū. per Chr̄m. Oro.

Exaudi nos dñe ſancte, pater ops, eterne de9: vt ſiqua ſunt aduerſa, ſiqua cōtraria in hac domo famuli tui N. auctoritate maieſtatis tue pellantur. Per Chriſtum dominum nr̄m. Et dū pſalmi ⁊ orōnes dr̄, clerici aſpergāt aquā p totā domū.

De bñdictione Auri, Thus, ⁊ Myrre in die Epiphanie. Ca. 4.

In feſto Epiphanie ſolent benedici aurū, thus, ⁊ Myrrha, in cōmemoratione munerū triū magorū ⁊ taliter benedicta ſuper ſe portata cum Dei timore ⁊ reuerentia portanti proſunt ad ſalutē. ℣. Adiutorium noſtrum ⁊c. poſtea dicatur Pſalmus.

Deus in noīe tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: ⁊ auribus percipe verba oris mei. Qm̄ alieni inſurrexerunt aduerſum me: ⁊ fortes quēſierunt aīam meā: ⁊ non propoſuerunt deū ante conſpectum ſuū. Ecce enim de9 adiuuat me: ⁊ dñs ſuſceptor eſt aīe mee. Auerte mala

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua diſperde illos. Volun-
tarie ſacrificabo tibi: ⁊ ↄfitebor nomini tuo domine, quoniam
bonum eſt. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: ⁊ ſu-
per inimicos meos deſpexit oculus meus. Gloria pat. Pſal.

Deus iudiciū tuū regi da: ⁊ iuſtitiā tuā filio regis. Iudica-
re ppl'm tuū in iuſtitia: ⁊ pauperes tuos in iudicio. Suſci-
piant mōtes pacē pp'lo: ⁊ colles iuſtitiā. Iudicabit pauperes
ppl'i: ⁊ ſaluos faciet filios pauperū: ⁊ humiliabit calūniatorem.
Et pmanebit cū ſole ⁊ ante lunā: in ḡnatione ⁊ ḡnationē. De-
ſcendet ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillātia ſup ter-
rā. Orietur in diebus eius iuſtitia ⁊ abundantia pacis: donec
nedicta. Tunc ſacerdos benedicit velum. Oremus. Oratio.
Suppliciter te dñe rogamus, vt ſuper hoc velum capiti an
cillę tuę imponendum bene ✠ dictio tua benigna deſcen
dat: ⁊ ſit hoc velum benedictum, ⁊ ꝯſecratum, immaculatum, ⁊
ſctũm pñtis ancillę tuę. Per Chꝛ. Aſpergat aqua bñdicta. Quo
facto, legat euãgeliũ. Jnterl illa i aliquo loco ſecreto veſtes bñ
dictas induit: ⁊ dicto euãg. ⁊ offertoꝛio, reuertit: ſtatiqz genib. fle
xis corã altari ſacerdos dt. Uis ꝑſiſterẽ i ſctã viduitate, ꝙ ꝓfeſſa
es? Et illa rñdet. Uolo. Et tũc ponit velũ ſup caput eius, dicẽs.
Accipe velamen viduitatis ⁊ ꝯtinentię ſignuz: per qđ ſpũs
ſcũs ſuperueniat in te: ⁊ virtus altiſſimi ſit tibi vmbꝛaculũ
cõtra ęſtum malarum tentationum. Jn noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠
lij: ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amen. Deinde dicit. Oremus. Oratio
Jncoꝛruptę ęternitatis ⁊ inuiolabilis naturę deꝰ, te ſuppli
citer exoꝛamus pro hac famula tua, quę coꝛpoꝛe ⁊ mente
perfecte ꝯtinentiam tibi ſeruaturam ſe deuouit, vt ei Spiritus

ſancti donum largiter infundas, ac perfectam conſtantiam tri-
buas, ⁊ continentie perſeuerantiam. Per dñm noſtrũ. Oratio.

R Eſpice domine famule tue tibi debitam ſeruitutem: vt in-
ter humane fragilitatis incerta nullis aduerſitatibus op-
primatur, que de tua protectione confidit. Per dominum noſt.
Quo facto ipſa offerat candelam accenſam ſacerdoti. Secreta
dicenda ſub vno Per dominum. cum ſecreta proprie miſſe.

R Eſpice dñe propitius ad hoſtiã nr̃e ſeruitutis tuo ↄſpectu
immolãdã: vt hec famula tua viduitatis ſancte ꝓpoſitũ,
quod te inſpirante ſuſcepit, te gubernante cuſtodiat. Per dom.
Poſtquam ſacerdos communicauerit communicet eam.
Oro dicenda poſt communionem miſſe ſub vno Per dominum.

P Urificent nos q̃s dñe, ſacra que ſumpſimus: ⁊ famulã tuã
ab oĩ culpa liberã eſſe cõcede: vt que conſcientie ſue reatu
ↄſtringitur, celeſtis remedij plenitudine glorietur. Per dñm.

¶ Benedictio ſuper peregrinos exeuntes Cap. 21. Sacerdos
ſuperpelliceo ⁊ ſtola indutus dicat ℣. Adiutoriũ no. ℟. Qui
fe. ps. Deus in adiutorium. fo. 17. cum Gloria patri. Pſalmus.
Dominus regit me, ⁊ nihil mihi deerit fol. 166. Pſalmus.

D Omine refugiũ factus es nobis, a gñatione in gñationẽ.
Priuſquã montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis:
a ſeculo ⁊ in ſeculũ tu es deus. Ne auertas hoĩem in humilita-
tẽ: ⁊ dixiſti, ↄuertimini filij hoĩum. Qm̃ mille anni ante oculos
tuos, tanꝙ dies heſterna que preterijt. Et cuſtodia ĩ nocte, q
pro nihilo, hẽ eorũ anni erunt. Mane ſicut herba tranſeat: ma-
ne floreat ⁊ trãſeat: veſpere decidat, induret, ⁊ areſcat. Quia de-
fecimus in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati ſumus. Poſuiſti ini-
quitates nr̃as in ↄſpectu tuo: ſcłm nr̃m in illuminatione vultus
tui. Qm̃ oẽs dies nr̃i defecerũt, ⁊ in ira tua defecimus. Anni
nr̃i ſicut arena meditabunt: dies annorũ nr̃orũ in ipſis ſeptua-
ginta anni. Si aũt in potẽtatibus, octoginta anni: ⁊ amplius
eorũ labor ⁊ dolor. Qm̃ ſupuenit manſuetudo, ⁊ corripiemur.
Quis nouit ptãtẽ ire tue, ⁊ pre timore tuo iram tuã dinumera-
re? Dexteram tuam ſic notã fac: ⁊ eruditos corde in ſapientia.
Conuertere dñe vſquequo: ⁊ deprecabilis eſto ſup ſeruos tuos.
Repleti ſumus mane miã tua: ⁊ exultauimus ⁊ delectati ſu-
mus oĩbus diebus nr̃is. Letati ſumus pro diebus, quibus nos
humi-

humiliaſti: annis qbus vidimus mala. R eſpice i ſeruos tuos: ꝛ in opa tua: ꝛ dirige filios eoꝝ. E t ſit ſplẽdoꝛ dñi dei nr̃i ſuper nos: ꝛ opa manuũ nr̃arũ dirige ſup nos: ꝛ opus manuũ nr̃aruꝫ dirige. G loria pa. S icut erat. Ps. Q ui habitat in adiutorio altiſ. fo. 60. An. In viaꝫ pacis ꝛ ſalutis dirige eos dñe. Kyrie eleiſ. Chriſte ele. Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. ℟. Ut non moueantͣ veſtigia mea. ℣. Mirifica mĩas tuas. ℟. Qui ſaluos facis ſperãtes in te. ℣. Cõuertere dñe vſquequo. ℟. Et depcabilis eſto ſup ſeruos tuos. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſcõ. ℟. Et de ſyõ tuere eos. ℣. Nihil pficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniqui. ꝛc. ℣. O dñe ſaluos fac eos. ℟. O dñe bene proſperare: benedictus qui venturus es in noĩe dñi. ℣. Adaperiat dñs coꝛ veſtrũ in lege ſua. ℟. Et in preceptis ſuis: ꝛ faciat pacẽ in diebus nr̃is. ℣. Exaudiat dñs oꝛones veſtras. ℟. Et reconciliet vobis. ℣. Nec vos deſerat in tpe malo. ℟. Dñs deus nr̃. ℣. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et redime nos pp nomen tuũ. ℣. Dñe exau. ℟. Et cl. ℣. Dñs vo. ℟. Et cuꝫ ſpiritu tuo.

Oratio ſuper baculos ꝛ capſellas. Oremus.

O Dñe Jeſu Chr̃e, mundi redẽptoꝛ ꝛ conditoꝛ, qui per os beati Pauli apl̃i tui innotuiſti, non hr̃e nos hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã hic debere inquirere ſemp: quiqꝫ beatis apl̃is precepiſti, vt euntes ad predicandũ verbũ dei virgas tm̃ ſumerent, te ſuppliciter deprecamur: vt digneris has ſcarſellas, ſiue peras pro tui nõis amoꝛe ad inſtar humilis armature lateri applicandas, ꝛ hos ſuſtentationis baculos bene✠dicere: quatenus poꝛtantes eos in peregrinationis ſignũ ꝛ ſuoꝛũ coꝛpoꝛũ ſuſtentationẽ, celeſtis gratie plenitudinẽ in eis ꝛ munimen valeant tue bñdictionis percipere: ꝛ quẽadmodum virgã Aaron ad rebelliũ iudeoꝛũ pfidiã repellendã bene✠dixiſti, ita ꝛ hos famulos tuos per hec inſignia, que ad honoꝛẽ ꝛ reuerentiam apl̃oꝛũ tuoꝛũ Petri ꝛ Pauli, vel Jacobi, vel ſcti N. vel ſancte N. aſſumere cupiunt de manibus nr̃is, ꝛ ad coꝛuꝫ limina venerãda poꝛtare, bene✠dicas: ꝛ ab oĩbus peccatis abſoluas: vt in die iudicij in parte mereantur dextera collocari. Qui viuis.

Benedictio ſuper baculos ꝛ capſellas.

S Ignaculũ dei pa✠tris, ꝛ fi✠lij, ꝛ ſpũs✠ ſcti deſcẽdat celitus ſuper hos baculos, ꝛ has peras: vt quicunque eas

portauerint ab oīum inimicorū inſidijs ſint defenſi: Per Chri-
ſtum domi. ℟ Amen. Tunc ſacerdos baculos ⁊ peras aſper-
gat aqua benedicta, ⁊ eas peregrinis tradens dicat.

Accipite hos baculos ⁊ has peras: ⁊ pergite ad limina bea
torum apl'orū Petri ⁊ Pauli, vel ſancte Marie de Lore-
to, vel ad limina ſancti Jacobi in Compoſtella, vel ſancti An-
tonij de Vienna. In noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſancti
Amen. Simili modo dicatur de alijs locis, ad que peregrini
profecturi ſunt, vt per eas mereamini in hoc ſeculo remiſſionē
oīum peccatorum accipere, ⁊ in futuro conſortium beatorum:
atq; ad limina ſctōrū quo pergere cupitis, feliciter peruenire, ⁊
pacto itinere ad nos incolumes remeare. Poſtea dicat antiph.

Euntes ibant ⁊ flebant mittentes ſemina ſu a. Pſalmus.

In con uer ten do. fol. 183.

Gloria patri, ⁊ fil. ⁊c. Antiphona reitera-
tur. Kyrie ele. Chriſte elei. Ky-
rie eleiſ. Pater nr̄. ℣ Et ne nos.
℟ Sed libe. ℣ Saluos fac ſer-
uos tuos. ℟ Deus meus ſpe-
rantes in te. ℣ Mitte eis dn̄e auxilium de ſancto. ℟ Et de ſiō
tuere eos. ℣ Eſto eis dn̄e turris fortitudinis. ℟ A facie inimi-
ci. ℣ Fiat miſericordia tua dn̄e ſuper nos. ℟ Queadmodum
ſperauimus in te. ℣ Dn̄e exaudi oratio. ℟ Et clamor. ℣ Do-
minus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus infinite mīe ⁊ maieſtatis immenſe: quē nec ſpatia lo
corū, nec interualla tp̄uz ab his, quos tueris abiungunt:
adeſto p̄ntibus famulis tuis, in te vbiq; fidentibus: ⁊ per oēm
per qua ituri ſunt viam, dux eis ⁊ comes eſſe digneris: nihil eis
aduerſitatis noceat, nihil difficultatis obſiſtat: cuncta eis ſalu
bria, cuncta proſpera ſint, vt ſub ope dextere tue quicquid iuſto
expetierint deſiderio, celeri ɔſequant̄ effectu. Per do. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, humani generis reformator ⁊
author: qui Abrahe puero tuo, vt exiret de terra natiuita-
tis ſue, ⁊ iret in terrā promiſſionis, quā ei te daturum promiſe-
ras,

ras, pręcepiſti: necnon ⁊ populū Iſraeliticum in deſertū ad te adorandum multis prodigijs venire feciſti: hos (q̄s) peregrinos ad beatorum apl'orum Petri, ⁊ Pauli, vel N. vt ſupra. limina te adorare pergentes, a periculis omnibus erue: ⁊ a peccatorum nexibus abſolue. Et tu, qui es via vera in te confidentibus, eorū iter bene diſpone: vt inter oēs huius vię perturbationes tuo protegantur auxilio: mitte eis dn̄e angelum tuum, quem Tobię famulo tuo comitem dediſti: vt vbicunq; manſerint, ſit illis defenſor contra inſidias oium inimicorū viſibiliū, ⁊ inuiſibilium: quatenus lęti ⁊ incolumes ad nos redire valeāt. Per dn̄m. Deinde aſpergat eos ſacerdos aqua benedicta, dicens. Per aquę aſperſionem det vobis omnipotens Deus adeundum ⁊ redeundum ſuam gratiam ⁊ benedictionem. Amen.

Et benedictio dei oīpotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper vos ⁊ maneat ſemper. Amē. Sacerdos curatus ſemper dare debet licentiam peregrinantibus, vt cuicunq; ſacerdoti, ⁊ vbiq; poſſint cōfiteri peccata ſua.

¶ Ordo benedictionis ad peregrinos nauigare volentes ad terram ſanctam. Sacerdos dicat ℣. Adiutorium no. ℟. Qui fe. ps. M e decet hymnus ⁊c. fol. 172. Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Saluos fac fideles tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Mitte eis dn̄e auxilium de ſancto. ℟. Et de ſion tuere eos. ℣. Nihil proficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniquitatis non nocebit eis. ℣. Eſto eis dn̄e turris fortitud. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orat. ℟. Et cla. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Deus, qui trāſtuliſti patres noſtros per mare rubrū ad laudem tui nois decantandā: ſupplices te deprecamur dn̄e, vt famulis tuis, qui ad viſitanda loca ſancta, in quibus vnigenitus filius tuus ſalutem noſtram operari dignatus eſt, proficiſcuntur depulſis cunctis aduerſitatibus: portū ſemper optabilē, curſumq; tranquillum largiaris. Per Ch. Oremus. Oratio.

Propitiare, q̄s dn̄e, ſupplicationib⁹ noſtris: ⁊ mitte angelū tuū de ſummitate cęlorū: qui cuſtodiat famulos tuos nauigātes in ꝓfundo maris: ꝑduc eos ad loca dilectiſſimi filij tui dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti ꝓcioſiſſimo ſanguine ꝯſecrata: ⁊ viſitatis eiſdē, cū ſalute mentis ⁊ corporis ad ꝓpria eos perducere

cere cũ letitia gaudio ⁊ profectu digneris. Per eun. ℟. Amen.
Deinde benedicantur ſignacula crucis chlamydibus peregrinantium affigenda. Aña. Adoramus te Chriſte ⁊ bñdicimus tibi. Quia p ſctãm crucem tuã redemiſti munduz. Oremus. Oratio.

Benedic, q̃s dñe, hec ſignacula ſancte crucis: ⁊ pſta p inuocationẽ ſanctiſſimi noĩs tui: vt qui ea ſuſceperint vel geſtauerint, corporis ⁊ anime ſalutem percipiant. Per Chriſtum.
Tunc presbyter det eis ſignacula ſancte crucis, ſic dicens.

Accipe ſignũ crucis xpi tã ĩ corde q̃ ĩ corpore, ĩ noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſci: vt ſis defenſus ab oib[9] inſidijs inimicoꝝ viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ. Per. Tunc dicat hec añ. O crux glõioſa, o crux adorãda, o lignũ p̃cioſuz, ⁊ admirabile ſignũ p quod diabol[9] eſt vict[9], ⁊ mũdus xpi ſanguine redẽptus. ℣. Oĩs terra adoret te, ⁊ pſallat tibi. ℟. Pſalmũ dicat noĩ tuo dñe. Ore. oratio.

Adeſto familie tue, q̃s oĩps deus: vt in aduerſis ⁊ proſperis preces eorum exaudias, ⁊ inſidias oĩum aduerſarioꝝ per ſancte crucis auxilium digneris conterere: vt portuz ſalutis ac tranquillitatis valeant apprehendere per dominum noſtrum.

¶ Ordo benedictionis peregrinorum domum redeuntium.

Peregrini ſtent ante fores eccleſie: ⁊ ſacerdos indutus ſuperpellicio ⁊ ſtola dicat. ℣. Adiutoriũ noſt. ℟. Qui fecit.
Et deinde ſacerdos cum clericis cantet, vel legat Antiphonam.



Auxilium meum a domino. ps. Leuaui oculos. fol. 18.

Aña. Ecce quam bo num ⁊ quam iu cun dum, ha bi ta-



re fratres in vnuz. ps. Ecce q̃ bonum. folio 185.

Aña.



Aña. B ene fac domine bonis ⁊ rectis corde. Pſalmus.



Q ui cōfidūt in dño. 184. Kyrie eleiſ. Chriſte elei. Kyrie ele. Pr̄ nr̄. Et ne nos in. Sed libe. ℣. Benedicti q veniunt in noie dñi. ℟. Benedicti vos a dño qui fecit celum ⁊ terrā. ℣. Reſpice dñe in ſeruos tuos, ⁊ in opera tua. ℟. Et dirige filios eorū. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus. Oratio.

Q Ueſumus ops deus, vt his famulis tuis, quos incolumes de ſancto itinere venire feciſti, qcquid tibi per carnis fragilitatē, ſiue per viſum, vel auditū impudicū, aut per colloquia otioſa, ſiue alijs quibuſcunq3 modis ꝯtra tuā iuſtitiā commiſerunt, tu ſctiſſime pr̄ miſericorditer indulgeas, ⁊ dimittas eis: ⁊ illeſos ab oī impugnatione diabolica cuſtodias: ⁊ tuis ſemper deuote inherere mandatis cōcedas, Per Chri. Oremus. Oro.

D A dñe q̄s, vt fideles tui, quos poſt lōgas peregrinationes ⁊ moras itineris, ſue patrie reddidiſti incolumes, i tua voluntate permaneant: ⁊ nihil vltra hoſtilitatis metuant: ſed te pregente ſecura mente tibi deſeruiant. Per. Oremus. Oratio.

D Eus, qui iuſtificas impiū, ⁊ non vis mortē pctōris: maieſtatē tuā ſuppliciter exoram⁹: vt hos famulos tuos de tua miſericordia ꝯfidentes, celeſti protegas benignus auxilio: ⁊ aſſidua protectione cōſerues: vt tibi iugiter famulentur, ⁊ nullis tentationibus a te ſeparetur. Per dñm noſt. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Benedicat vos ops deus, pa ✠ ter, ⁊ fi ✠ lius, ⁊ ſpūs ✠ ſanctus. ℟. Amen. Tunc peregrini eccl'am ingrediantur: ⁊ deuotione ſua peracta ad domum cum dei benedictione reuertant.

¶ De benedictione muneris quod offertur in eccleſia. Ca. 21.

℣. Adiutoriū. ℟. Qui fe. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū. Oremus. Oro.

D Eus, cuius verbo ⁊ potētia facta ſunt oia, cuius dono pcipimus, que ad vite remedium poſſidemus, te ſupplices obnixis pcibus rogamus: vt de ſede maieſtatis tue huic oblatio

ni

ni fideliũ ſcificator accedas: ſuſcipe de manu famulorũ tuorum
munus oblatũ, qđ a tua clemẽtia bñdictũ in vſus hui⁹ ſanctua
rij maneat ꝯſecratũ: ſint hec i ꝯſpectu tuo libẽter accepta, ſicut
quondã Abel alũni tui, vel Melchiſedech tibi munera placue
runt oblata. Et qꝛ ad honorẽ tui amoris eccl'am tuã ſummis ni
tunt decorare obſequijs, tu eis dñe magna ꝓ paruis recõpẽſa: ⁊
deuotionẽ eoꝝ accipias: pcã dimittas: fide eos repleas: idulgẽ
tia foueas: mia ꝓtegas: aduerſa deſtruas: pſpera ꝯcedas: hẽant
in hoc ſeculo actionis bone documẽtũ, charitatis ſtudium, ſcti
amoris affectũ: ⁊ in futuro cũ ſcis angelis adipiſcant ꝑpetuũ re
gnũ. Per do. Poſtea aſpergãtur aqua bñdicta. ¶ Ordo ad põ
derandã pſonã ꝑ votũ obligatã dare de aliqua re quantũ pon
derat corpus eius, ſicut triticum, oleum, ceram, vinum, vel alia.

Sacerdos dicit ℣. Adiutorium no. Quo dicto ponat perſo
nã ponderandã ſuper lancẽ, vel tabulaꝫ more ſolito: ⁊ di
cat antiph. Benedicimus deum celi, coram omnibus viuenti
bus ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Et intonet.

Te deũ laudamus: te dñm ꝯfitemur. Te eternũ patrẽ oīs
terra venerat. Tibi oẽs angeli: tibi celi ⁊ vniuerſe ptãtes.
Tibi cherubi ⁊ ſeraphi iceſſabili voce ꝓclamãt. Scũs. Scũs.
Sanctus dñs deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra maieſtatis
glĩe tue. Te glorioſus apl'orum chorus. Te ꝓphetaruꝫ lau
dabilis numerus. Te martyrũ cãdidat⁹ laudat exercit⁹. Te
ꝑ orbẽ terrarũ ſcã ꝯfitetur eccl'a. Patrẽ imẽſe maieſtatis. Ve
nerãduꝫ tuuꝫ veruꝫ ⁊ vnicuꝫ filiuꝫ. Sanctum quoqꝫ paraclitũ
ſpũm. Tu es rex glorie Chrĩe. Tu pĩis ſempiternus es filius.
Tu ad liberandũ ſuſcepturus hoieꝫ: nõ horruiſti virginis vte
rũ. Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credẽtibus regna celo
rũ. Tu ad dexterã dei ſedes in gloria pĩis. Iudex crederis eſ
ſe vẽturus. Te ergo q̃s tuis famulis ſubueni: quos ꝓcioſo ſan
guine redemiſti. Eterna fac cũ ſcis tuis in gloria munerari.
Saluũ fac ppl'um tuũ dñe ⁊ benedic hẽditati tue. Et rege eos,
⁊ extolle illos, vſqꝫ in eternũ. Per ſingulos dies benedicimus
te. Et laudamus nomen tuuꝫ in ſeculũ, ⁊ in ſeculũ ſeculi. Di
gnare dñe die iſto, ſine pctõ nos cuſtodire. Miſereri noſtri do
mine, miſerere noſtri. Fiat miſericordia tua domine ſup nos
quemadmodum ſperauimus in te. In te domine ſperaui: non
con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ↄfundar in ęternum. Quo finito dicat ℣. Saluū fac ſeruū tuum
vel ancillā tuā. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Mitte ei dn̄e
auxiliū de ſctō. ℟. Et de ſion tuere eū. ℣. Eſto ei dn̄e turris for=
titudinis. ℟. A facie inimici. Deinde ſequit ps. Laudate pue.
folio 47. totus cum Gloria pa. ⁊ Sicut erat. Domine exau. ℟.
⁊ clam. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum ſpiritu. Oremus. Oratio.

Suſcipe ſctē pr̄, oṗs, ęterne deus tuorū preceſ ⁊ ſupplicum
vota: ⁊ ꝑ ſctiſſimi filij tui dn̄i nr̄i Jeſu Chr̄i, ⁊ eiꝰ genitricis
Marię, ⁊ ſcti apl̄i vel martyris vel ↄfeſſoris tui N. interceſſio=
nē, pręſta nobis ita beneficia tua cognoſcere, vt in gr̄arum ſem
per actione maneamus: vt dū fideles tui pro quacūque petitio=
ne ad te vota emittunt, ꝓtinus tua clemētia eis poſtulata ↄce=
dēre, miſerationē dn̄m te fateri ⁊ laudare mereamur. Per eūd.
℟. Amen. ℣. Benedicamus dn̄o. ℟. Deo gratias. Et aſper=
gantur omnes aqua benedicta. ¶ De benedictione ſolenni
panis in diebus dominicis ⁊ magnis feſtiuitatibus. Cap. 22.

Sacerdos cū proceſſione ⁊ cruce ante miſſaꝫ indutus oibꝰ
paramentis excepta planeta: accedit ad locum vbi panis
eſt benedicendus: ⁊ dicit ℣. Adiutorium no. Poſtea legit euan=
gelium: Sequentia ſancti Euangelij ſcḋm Joannem. Cap. 6.

In illo tp̄e: Abijt Jeſus trāſ mare galilęę: quod eſt tyberia
dis, ⁊ ſequebaẗ eū multitudo magna: qꝛ videbant ſigna q̄
faciebat ſuper his qui infirmabanẗ. Subijt ergo in monteꝫ Je=
ſus: ⁊ ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis. Erat aūt proximum paſcha
dies feſtus iudęorū. Cuꝫ ſubleuaſſet ergo oculos Jeſus: ⁊ vidiſ=
ſet qꝛ multitudo magna venit ad eū, dicit ad Philippum: vnde
ememus panes, vt mādu cēt hi? Hoc aūt dicebat tentāſ eū. Jp=
ſe n. ſciebat quid eſſet facturus. R̄ndit ei Philippus: Ducento=
rum denariorū panes nō ſufficiunt eis: vt vnuſquiſqꝫ modicuꝫ
quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater
Simonis Petri. Eſt puer vnus hic, q̄ habet quinqꝫ panes hor
deaceos, ⁊ duos piſces. Sed hęc, quid ſunt inter tantos? Dicit
ergo Jeſus. Facite hoies diſcumbere. Erat aūt fęnum multum
in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia.
Accepit ergo Jeſus panes, ⁊ cum gratias egiſſet, diſtribuit di=
ſcumbentibus. Similiter ⁊ ex piſcibus quantum volebant. Ut
autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quę ſupera=
uerunt

uerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo ꝛ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinqꝫ panibus hordeaceis, quę ſuperfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat Jeſus ſignum, dicebant: Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum. Antipho.



De quinqꝫ panibus ꝛ du o bꝰ piſcibus ſa ti a uit dominꝰ qn



℣. Diſperſit dedit pauperibus. ℟. Juſticia eius manet in ſeculum ſeculi. ℣. Beatus qui intelligit ſuper egenum ꝛ pauperem. ℟. In die mala liberabit eum dñs. qꝫ millia hominū. ℣. Nunquid panem poterit dare. ℟. Aut parare menſam in deſerto? ℣. Pluit illis manna ad mãducandū. ℟. Et panē cęli dedit eis. ℣. Cibauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle ſaturauit eos. ℣. Mãducauerunt ꝛ ſaturati ſunt nimis. ℟. Et deſideriū eorū attulit eis. ℣. Panē angelorū manducauit hõ. ℟. Miſit eis cibaria in abũdantia. ℣. Dñe exau. ℟. Et cl. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chꝛe panis angelorum, panis viuus ęternę vitę, bñ ✠ dicere dignare panē iſtū, ſicut bñdixiſti quinque panes in deſerto, vt oēs ex eo digne guſtantes inde corporis ꝛ aīę percipiant ſanitatē. Qui vi. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Domine ſcē, pr̄ oīps, ęterne deus, bene ✠ dicere digneris hunc panē tua ſcā bene ✠ dictione: vt ſit oībus ſumentibus ſalus mentis ꝛ corporis, atqꝫ cōtra oēs morbos ꝛ vniuerſas inimicorum inſidias tutamen. Per dñm nrm Jeſum Chꝛm filium tuum panem vitę, qui de cęlo deſcendit, ꝛ dat vitā ꝛ ſalutē mundo, ꝛ tecum ꝛ cū ſpū ſcō viuit ꝛ regnat deus per oīa ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Ultimo aſpergantur aqua benedicta.

¶ Benedictio panis pro infirmantibus. ℣. Adiutorium noſt. ℟. Qui fe. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cum ſpiritu. Oremuſ. Oratio.

Domine deus oīps deſcēdat bñ ✠ dictio pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpūs ✠ ſci ſuper hāc creaturā panis: vt quicunqꝫ ex ea ſumpſerit, accipiat ſanitatē mentis, protectionē corporis, tutelam

telam ſalutis, integritatem charitatis, ꝯſolationem ſpei, robo rationem fidei, virtutem conſtantie, ⁊ viſitationem ſpirit⁹ ſan cti. Per eun. in vnita. ℟ Amen. Aſpergantur aqua benedicta.

¶ De benedictione aque pro infirmis. ℣ Adiutorium no. ℟ Qui fe. ℣ Dominus vob. ℟ Et cum ſpirit. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui benedixiſti quinque panes ⁊ duos piſces in deſerto, vnde ſatiata ſūt quinq̃ millia hoīuz, te ſupplices exoramus: vt benedicere digneris hanc aquā: vt quicunq̃ infirmus ex ea guſtauerit, accipiat ſanitatē mentis, ⁊ ꝓtectionē corporis, tutelā ſalutis, ſecuritatē ſpei, corroborationē fidei, ⁊ charitatē ſpūs ſci. Qui viuis ⁊ reg. cū deo patre, in vnit. Aſpergant aqua bndicta.

¶ Ad bn̄dicendū prādiū charitatis.

Primo oēs cibi ⁊ potus aſpergantur aqua benedicta, ⁊ dicatur ℣ Adiutorium noſt. ℟ Qui fe. ⁊ poſtea incipiatur Ana. Aſperges me domine hyſſ. cum ℣. ⁊ Gloria patri ℣ Dne exau. ℟ Et cla. ℣ Dn̄s vob. ℟ Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui in deſerto corā diſcipulis tuis quinque panes ⁊ piſciculos paucos tuis ſanctiſſimis manib⁹ multiplicādo bene ✠ dixiſti, ⁊ bene ✠ dicendo multiplicaſti: te humiliter deprecamur, vt hec caritatis dona ad vſum pauperū eroganda multiplicando multiplices, ⁊ bene ✠ dicēdo bene ✠ dicas: vt inde famuli tui refecti laudes ⁊ preces tuo nomini cōpetētes perſoluāt: ⁊ illi, ꝓ quibus hec deuote ⁊ fideliter erogant, remiſſionē cunctorū ꝑcipiant delictoruz: ⁊ famulos ⁊ famulas tuas nobis hec dona ꝓſtantes ab oī aduerſitate cuſtodi. Qui cum deo patre ⁊ ſpū ſctō viuis, ⁊ regn. ℟ Amen. Oro.

Omnipotens ſempiterne de⁹ reſpice ſuꝑ famulos ⁊ famulas tuas: qui in pauperes tuos miſericorditer operantur: ⁊ eos tua virtute cuſtodi, poteſtate tuearis: vt per multa annoꝝ curricula leti tibi in pauperes tuos miſericorditer operant. Per Chriſtum dominum noſt. Aſpergantur omnia aqua benedicta dicendo. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟ Amen.

¶ Benedictio contra aereas tempeſtates. Cap. 23.

Cum primo videtur aura, ſeu ventus ⁊ tēps nebuloſum ſeu tēpeſtuoſū leuari immoderate, ſacerdos cuz ſuperpellicio ⁊ ſtola bn̄dicat aquā ⁊ ſal in hūc modū. ✠ In noīe dn̄i noſtri Jeſu ✠ Chriſti, ℣ Adiutoriū noſt. Exorciſmus ſalis ⁊ aque.

Exorcizo

Exorcizo te creatura ſalis ⁊ aquę in noīe dñi nr̄i Je ✠ ſu
Chr̄i Nazareni filij dei viui, vt ſis purgatio ⁊ purificatio
in his locis, in quibus aſperſa fueris, ad effugandos immūdos
⁊ erraticos ſpūs, oēmq; nefariam vim diaboli pellendā, ⁊ oēs
figuras ⁊ minas fantaſmatis ſatanę exterminandas ⁊ fulgura
⁊ ſydera quę mitti vſſr in hanc domum, arborem, agrum, poſ-
ſeſſionem, turriz, vel quācunq; habitationem, non hominibus
aut pecoribus, aut frugibus noceant, ſed abſcedant ⁊ fugiāt p
inuocationē nominis dñi nr̄i Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iu
dicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē. ℟. Amē. Et inorap
gat ꝯtra tēpeſtatē aquā benedictam. Poſtea cū clero ⁊ populo
ante altare procumbit dicens ſeptem pſalmos ſequentes, vcꝫ.

Beatus vir qui nō abijt in conſilio impiorum: ⁊ in via pec
catorū nō ſtetit, ⁊ in cathedra peſtilētię nō ſedit. Sed in
lege dñi voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̄ lignū: qđ plantatū eſt ſecus decurſus aquarum:
quod fructuz ſuum dabit in tp̄e ſuo. Et folium eius nō defluet:
⁊ oia quęcunq; faciet proſperabuntur. Non ſic impij non ſic:
ſed tanq̄ puluis, quē proijcit ventus a facie terrę. Ideo nō re
ſurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in conſilio iuſtorum.
Qm̄ nouit dominus viam iuſtorum: ⁊ iter impiorum peribit.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requi
ſcet in mōte ſctō tuo? Qui ingreditur ſine macula, ⁊ ope
ratur iuſtitiā. Qui loquitur veritatē in corde ſuo: q nō egit do
lū in lingua ſua. Nec fecit p̄rimo ſuo malū: ⁊ opprobrium non
accepit aduerſus p̄rimos ſuos. Ad nihilū deductus eſt in cō
ſpectu eius malignus: timentes aūt dñm glorificat. Qui iurat
p̄rimo ſuo, ⁊ nō decipit: q pecuniā ſuā nō dedit ad vſurā, ⁊ mu
nera ſup innocētez nō accepit. Qui facit hęc, nō mouebitur in
ęternuz ps. Deus in noīe tuo. fol. 96. Deus in adiutorium meū.
fol. 108. Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit ⁊c.

Dominus regnauit, decorē indutus eſt: indut⁹ eſt dñs for
titudinē, ⁊ p̄cinxit ſe. Etenim firmauit orbē terrę, q non
cōmouebitur. Parata ſedes tua ex tūc a ſeculo tu es. Eleuaue
runt flumina dñe: eleuauerunt flumina vocē ſuā. Eleuauerunt
flumina fluctus ſuos a vocibus aquarum multarū. Mirabiles
elationes maris: mirabilis in altis dñs. Teſtimonia tua credi
bilia

bilia facta ſunt nimis: domū tuā decet ſcitudo dñe ī lōgitudine dierū. ps. Beati oēs qui ti. fol. 184. Canticū. Benedicite. fol. 89. ⁊ ad ſingulos ℣. fiat crucis ſignū cū cruce ꝯtra tēpeſtatē: ⁊, ſi videbit, addant pſal. graduales, ſup. fol. 184. Quo facto ſtans dicat. ℣. Adiutorium no. ℟. Qui fe. ℣. Oſtende nobis dñe m̄iam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da no. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄. ℟. Et ꝑꝑ gloriā nois tui libera nos. ℣. Nihil proficiat inimic. ⁊c. ℟. Et filius iniq. ⁊c. ℣. Fiat m̄ia tua dñe ſuper nos. ℟. Queadmodū ſperauimus in te. ℣. Saluum fac ꝑp̄m tuum dñe. ℟. Et benedic hēditati tuę. ℣. Vox dñi ſup aquas multas. ℟. Deus maieſtatis intonuit. ℣. Viderūt te aquę deus. ℟. Viderunt te aquę ⁊ timuerunt. ℣. Quid eſt tibi mare q̄ fugiſti? ℟. Et tu iordanis, q̄ ꝯuerſus es retrorſum? ℣. Nō priuabis bonis eos qui ambulāt in innocentia. ℟. Dñe deus virtutū, btūs hō qui ſperat in te. ℣. Dñe ex. ℟. Et cl. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū. Ora.

OMps ſempiterne deus parce metuentibus: ⁊ ꝓpitiare ſupplicibus: vt poſt noxios ignes nubiū ⁊ vim procellarū in m̄iam tranſeat laudis cōminatio tēpeſtatis. Oremus. Oratio.

REx ęterni imperij ops deus, qui das eſcā oī carni: qui operis cęlū nubibus: ⁊ paras terrę pluuiā: qui mandas nubibus deſuper, ⁊ ianuas cęli aperis: qui transfers auſtrū de cęlo ⁊ inducis in virtute tua africū: qui rigas mōtes de ſuperioribus ſuis: ⁊ de fructu operū tuorū ſatiat terra: qui angelo p̄cepiſti, ne terrę, mari, neq; arboribus noceret: parce dñe metuentibus: ⁊ ꝓpitiare ſupplicantibus: te. n. dñe ſupplices exoramus: vt ꝓcul abſcedat incurſio turbinum, calamitas tēpeſtatū, fragor grandinū, ꝑcuſſio fulminū, ⁊ q̄libet inſidię inimici: tēperent infeſta tonitrua ⁊ noxię pluuię. ventorū flamina fiant moderata ſuſpē ſa: ⁊ ois quoq; ſpūs ꝓcellarū, ⁊ aerę ꝑtātes dextera tuę proſternant virtutis. deſcendat, q̄s dñe, deſuper ſpūs ſcūs: ⁊ ſicut Samueli cornigerū agnū in holocauſtū tuū; mactāti fragor aurarū turbā repulit aduerſantē, ita fugatis oībus ꝯtrarię ꝑtātis virtutibus, fruges, mētes, ⁊ corporā fideliū; manus ſeruet angelica, ꝓtectione ſuperna ⁊ poſt ſopitos nubiū; impetus, in laudis ⁊ deuotionis, ac ſpūalis amoris augmētū trāſeat ꝯminatio ꝑtātis. Per do. Poſtea dicatur. Pr nr̄. Aue Maria. Credo. fol. 23. Symbolum. Quicunq; vult. ſup. fol. 127. Kyrie ele. Chriſte eleiſ.

Kyrie eleiſ. Pr nr. ℟. Et ne. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oratio.

[D]Omine Jeſu Chꝛe, qui feciſti celū ⁊ terraꝫ, mare ⁊ oia que in eis ſunt: quiqꝫ flumini Joꝛdani bñdixiſti, atqꝫ in eo baptiʒari voluiſti, ⁊ tuas ſciſſimas manus ⁊ brachia ſacratiſſima in cruce extēdiſti, quibus aerē ſcificaſti, obſecramus immenſam pietatis ⁊ bonitatis tue abundātiā: quatenus has nubes, quas añ me ⁊ poſt me ⁊ ſupꝛa ⁊ a dextris ⁊ a ſiniſtris video aereꝫ perturbare, diſſoluere ⁊ annihilare digneris: vt alligata ptās demonū in ipſis ſequens deficiat ⁊ turbet, ad laudē tui ſciſſimi nominis, ⁊ oipotētiſſime maieſtatis tue. Qui. Poſtea, ſi expediēs viſum fuerit, ſacerdos accipiat reuerēter coꝛpus dñi i vaſe debito, ⁊ eccl'ā exiēs nubes i modū crucis cū dicto vaſe ſignet, dicēs.

[C]Hꝛs ✠ vincit, Chꝛiſt⁹ ✠ regnat, Chꝛs ✠ imperat vobis nubes ⁊ tēpeſtates, vt diſſoluamini ſine alicuius hois vel aialis, aut fructus terre, arboꝛis, loci vel domus dāno vel leſione. Circūdet te nubes deus pa ✠ ter: circūdet te deus fi ✠ lius: circundet te deus ſpūs ✠ ſctūs: deſtruat te deus pa ✠ ter: deſtruat te de⁹ fi ✠ li⁹: dſtruat te de⁹ ſpūs ✠ ſcūs. Amē. Adiuratio.

[S]Anctus Mattheus ✠ ſanctus Marcus ✠ ſcūs Lucas ✠ ⁊ ſctūs Joannes ✠ euangeliſte: qui Chꝛi euangelium per quatuoꝛ mundi partes diuulgauerūt, ipſi ſuis meritis ⁊ precibus hanc tēpeſtateꝫ ab oibus chꝛiſtianoꝛū finibus, ab eodē dño nr̄o Jeſu Chꝛiſto obtineāt effugari, ⁊ depelli. Et ego peccatoꝛ ⁊ Chꝛi ſacerdos, licet indignus, authoꝛitate ⁊ virtute eiuſdeꝫ dei ⁊ dñi nr̄i Jeſu Chꝛi ſummi Jmperatoꝛis, non mea potētia innixus, ⁊ confiſus, vobis pcipio immundiſſimi ſpūs, qui has nebulas ꝯcitatis, in virtute eiuſdē dei ⁊ dñi nr̄i Jeſu ✠ Chꝛiſti, ⁊ per tremendum eius iudiciū: ⁊ per ſciſſimā crucē ſuā ✠ quam ꝯtra vos facio, ⁊ per merita intemerate ſemperqꝫ virginis beatiſſime Marie dei genitricis, ⁊ ꝑ merita oium ſctoꝛū: vt exeatis ab eis ⁊ eas diſpergatis in locis ſyluestribus quatenus nocere non poſſint homini, vel iumēto, aut volucri, fructibus, aut quibuſcūque rebus humano vſui deputatis. Per eundem dñm nr̄m Jeſum Chꝛm, qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtuos ⁊ ſeculū per igneꝫ. Amē. ✠ Jpſe vobis imperat demones, qui has nubes cōmouetis, qui de nube lucida dixit: ✠ Hic eſt filius meus dilect⁹, in quo mihi bene cōplacui. ✠ Jpſe vobis imperat, qui

principem

principem veſtrum deuicit ⁊ ligauit. ✠ Ipſe vobis imperat, q̃ ſua ſacratiſſima cruce ⁊ corporis ſui ſctiſſimi in ea extẽſione aerẽ purgauit. ✠ Ipſe vobis imperat, qui inferno ſpoliato reſurgens a mortuis poſt quadraginta dies a nube ſuſceptus aſcendit in celũ. ✠ Ipſe vobis imperat, q̃ vos eterne gehẽne mãcipauit ignib⁹. Qui vẽturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſcl'z p̱ ignẽ. Poſtea oſtendat crucez in aere a quatuor lateribus dicẽs.

Ecce ✠ ſignum ſctiſſime crucis: fugite partes aduerſe: ✠ vicit. n. vos ⁊ mundum Dñs noſter Jeſus ✠ Chriſtus filius Dei ſummus Imperator, qui eſt leo de tribu Juda, radix Dauid. Poſtea aſpergat aqua benedictã in modũz crucis per quatuor latera. Et ſi adhuc perſeuerauerit tp̃s tempeſtuoſum, dicende ſunt litanie. Poſtea ſacerdos benedicat nubes dicens.

Ben dictio dei oĩpotẽtis pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpũs ✠ ſci deſcẽdat ſup̱ has nubes, ⁊ oẽs vim inimici ab eis repellere dignetur. ℟. Amen. ¶ De bñdictione loci vel domus. Cap. 24.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. Oremus. Oratio.

Benedic dñe deus omnipotens locum iſtum, vel domum iſtã: vt ſit in eo vel in ea ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, pax, charitas, humilitas, bonitas, mãſuetudo, plenitudo legis ⁊ gratiarum actio patri, ⁊ filio, ⁊ ſpũi ſctõ: ⁊ hec benedictio maneat ſuper hunc locũ vel domũ iſtã, ⁊ ſuper habitãtes in eo, vel in ea. Per Chriſtum do. ℟. Amen. Aſpergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus noue, vel a demonio vexate.

Adiutorium. Domine exau. Dominus vob. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſacerdotibus tuis pre ceteris tantã grãm ꝯtuliſti, vt quicquid in tuo noĩe digne perfecteq; ab eis agit, a te fieri credatur: q̃s immenſam clementiam tuam: vt qõ modo viſitaturi ſumus viſites: ⁊ quicquid benedicturi, bene ✠ dicas: ⁊ ad ea, que acturi ſumus, dexterã tue potẽtie extendas: ſitque ad nře humilitatis ingreſſum ⁊ introitũ, ſanctorum tuorũ meritis, fuga demonum, ⁊ angeli pacis ingreſſus. Per Chrm̃. ℟. Amen. Deinde ſacerdos incipiat pſalmos graduales. fol. 184. ⁊ proſequatur quinq; primos, aquam benedictam aſpergendo per loca domus, quibus finitis dicat. Kyrie ele. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pater noſter. Et ne nos. Dñe exaudi orationem meam. Dominus vobiſcũ. Oremus. Oratio.

Domum tuã dñe clementer ingredere: ⁊ in tuoꝝ tibi cor-
da fideliũ perpetuã ↄſtrue manſionez: ⁊ pręſta, vt in hac
domo nulla malignoꝛum ſpũum dñetur nequitia. Per. Deinde
incipiat pſal. Qui confidunt. cum alijs quatuoꝛ gradualibus ſe-
quentibus. fol. 184. cum Gloꝛia pa. ⁊ prius ſpargat aquam be-
nedictam per domum. Quibus finitis dicat Kyrie eleiſ. pater
noſter. vt ſup. Domine exau. Dominus vob. Oꝛemus. Oratio
Omnipotens ſempiterne deus: qui in omni loco dñationis tuę to-
tus aſſiſtis, totus operaris, adeſto ſupplicationibus nr̃is:
vt huius domus ędificatę ſis protectoꝛ: ⁊ nulla hic nequitia ↄ-
trarię ptãtis obſiſtat: ſed virtute ſpũs ſcti ⁊ operatione, fiat tibi
hic primum ſeruitium: ⁊ deuota libertas exiſtat. Per. Poſtmo-
dum incipiat pſal. De profun. ⁊ proſequatur ipſum: ⁊ alios gra-
duales ſequentes. ſup. folio 184. interim aſpergat domum aqua
benedicta. Quibus completis dicat Kyrie elei. Pater nr̃. ⁊ ce-
tera, vt ſup. Domine exau. Dominus vo. Oꝛemus. Oratio.
Deus, q in omni loco dominationis tuę dedicatoꝛ aſſiſtis
exaudi nos, quęſumus: vt inuiolabilis huius domus per-
maneat bene ✠ dictio: ⁊ beneficia tui muneris vniuerſitas quę
ſupplicat mereat̃. Per Chꝛ. ¶ Poſtea in pꝛincipalioꝛi loco do-
mus legat ſequens euangelium. Dominus vobiſcum.
Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. Cap. 19.
In illo tpe. Ingreſſus Jeſus perambulabat Jerico. Ec-
ce vir noie Zachęus: ⁊ hic erat princeps publicanoꝝ: ⁊
ipſe diues. Et quęrebat Jeſum videre, quis eſſet: ⁊ non poterat
pꝛę turba: qꝛ ſtatura puſillus erat. Et pręcurrens aſcendit in ar-
boꝛem ſycomoꝛum, vt videret illũ: quia inde erat tranſiturus.
Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Jeſus vidit illum: ⁊ dixit
ad eum. Zachęe feſtinãs deſcende: qꝛ hodie in domo tua opoꝛ-
tet me manere. Et feſtinans deſcendit: ⁊ ſuſcepit illum gaudens.
Et cum viderent oẽs murmurabant dicentes, ꝙ ad hominem
pcõꝛem diuertiſſet. Stans autem Zachęus dixit ad dñm: Ecce
dimidium bonoꝛum meoꝛum dñe do pauperibus: ⁊ ſi quid ali-
quem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Jeſus ad eum: quia
hodie domui huic ſalus a Deo facta eſt, eo quod ⁊ ipſe ſit filius
Abꝛahę. Venit enim filius hominis quęrere, ⁊ ſaluum facere
quod perierat. Deinde benedicitur incenſum iſto modo.

Per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PEr interceſſionē bti Michaelis archangeli ſtantis a dextris altaris incenſi, ⁊ oium ſcōꝝ angeloꝝ incenſuz iſtud digneris dn̄e bn̄ ✠ dicere, ⁊ in odorem ſuauitatis accipe. Per. Poſtea ſacerdos ponat icēſuz ſup ignē in thuribulo, ⁊ icēſet domū, dicēdo. Incēſū iſtud a te bn̄dictuz aſcendat ad te dn̄e. ℟. Et deſcēdat ſuper nos mia tua. Dn̄e exau. Oremus. Oratio.

TE deum pr̄em oipotentem ſuppliciter exoramus, pro hac domo, ⁊ pro habitatoribus eius: vt eam bene ✠ dicere ⁊ ſci ✠ ficare digneris: vt ſint promptuaria eorum plena, eructātia ex hoc in illud: tribue ēt eis de rore celi abundantiam, ⁊ de pinguedine terre vite ſubſidium: ⁊ deſideria eorum ad effectum tue miſerationis perducas: ⁊ ad introitum nr̄m hanc domum bene ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare digneris: ſicut benedicere dignatus es Abraham, Iſaac, ⁊ Jacob: vt intra parietes domus huius, ⁊ angulos eius inhabites. Per Chriſtū. Oremus. Oratio.

VIſita, q̄s dn̄e, habitationē iſtā: ⁊ oēs iſidias inimici ab ea lōge repelle: ⁊ angeli tui ſci habitēt in ea, qui nos in pace cuſtodiant: ⁊ benedictio tua ſit ſuper eā ſemper. In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſci. ℟. Am̄. Poſtea domuz ⁊ oēs habitantes in ea benedicat dicens. Et benedictio dei oipotētis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti deſcendāt ſuper hanc domum, ⁊ omnes habitantes in ea, ⁊ maneat ſemper. ℟. Amen.

¶ Benedictio thalami vel camere. ℣. Adiuto. Dn̄e exa. Oro.

BEne ✠ dic dn̄e thalamū hunc, ⁊ oēs habitantes in eo: vt in tua pace ꝯſiſtant, ⁊ in tua voluntate permaneāt, ⁊ ſeneſcant, ⁊ multiplicent in lōgitudinem dierum, ⁊ ad regna celoꝝ perueniant. Per Chriſt. Aſpergat poſtea illud aqua benedicta.

¶ De benedictione nauis. Cap. 25.

SAcerdos nauem benedicturꝰ accepto ſuperpellicco ⁊ ſtola nauem ingreditur: ⁊ ſtans in puppi eius dicit verſum. Adiutorium noſtrum in nomine domini. Pſalmus.

SAcrificent ſacrificium laudis, ⁊ annuncient opera eius in exultatione. Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes operationē in aquis multis. Ipſi viderunt opera dn̄i: ⁊ mirabilia eius in profundo. Dixit ⁊ ſtetit ſpūs procelle: ⁊ exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt vſqz ad celos, ⁊ deſcendunt vſqz ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat. Turbati ſunt ⁊

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moti ſunt ſicut ebrius: ⁊ oĩs ſapiẽtia eorũ deuorata eſt. Excla-
mauerunt ad dñm cũ tribularent: ⁊ de neceſſitatibus eorũ edu-
xit eos. Et ſtatuit procellã eis in auram: ⁊ ſiluerũt fluctus eius.
Et letati ſunt qꝛ ſiluerunt ⁊ deduxit eos in portũ volũtatis eo-
rũ. Cõfiteant dño miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs ho-
minũ. Et exultẽt eũ in eccl'ia plebis ⁊ in cathedra ſeniorũ lau-
dent eũ. Gloria pa. ℣. Dñe exau. ℣. Dñs vo. Oremus. Oratio.

Reſpice in nos oĩps deus de celo ſancto tuo: ⁊ dignare bene ✠ dictione celeſti huic bene ✠ dicere naui: in qua ſacto comitante angelo tuo, ambulantes itinere recto ⁊ proſpero di-rigere, ⁊ ab oĩ triſtitia ⁊ infortunio eripere digneris: vt ad pa-triã ⁊ ad portũ ſalutis reuerſi, te cũ alacritate mẽtis exultantes laudẽt creatorẽ vniuerſorũ. Qui cũ filio tuo benedicto dño no-ſtro Jeſu Chriſto, ⁊ cum ſpũ ſancto viuis ⁊ regnas deus, in ſecu-la ſeculorum. Amen. Sequentia ſancti Euange. ſcḋm Marcum.

In illo tpe. Una die cum ſero eſſet factũ, dixit Jeſus diſci-pulis ſuis: Trãſeamus cõtra. Et dimittẽtes turbã aſſumũt euꝫ ita vt erant in nauim: ⁊ alie naues erant cũ illo. Et facta eſt procella magna venti: ⁊ fluctus mittebant in nauim: ita vt im-pleret nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens. Et excitant euꝫ: ⁊ dicunt illi: Magiſter non ad te pertinet qꝛ peri-mus: Et exurgens cõminatus eſt vento: ⁊ dixit mari: Tace: ob-muteſce. Et ceſſauit ventus: ⁊ facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis: quid timidi eſtis: Nec dũ habetis fidem: Et timuerunt timore magno: ⁊ dicebant ad alterutrum. Quis putas eſt iſte, quia mare ⁊ venti obediunt ei: Oremus. Oratio.

Benedic dñe hanc nauim: ⁊ ſicut bñ ✠ dixiſti filijs Iſrael de Aegypto ꝑ manuũ Moyſi exeũtibus, ⁊ ꝑ mare rubꝝ tranſeuntibus: ⁊ ſic nauim iſtã ⁊ famulos tuos in ea nauigantes bene ✠ dicere: ⁊ ad deſtinatũ locum perducere digneris: Per.

ps. Afferte dño. fol. 190. Dũ ſacerdos dicit pſalmũ hunc, aſper-git totã puppim aqua benedicta, ⁊ poſtea procedit ad mediũ nauis, ⁊ dicit Dñs vob. Sequentia ſcĩ Euang. ſcḋm Mattheum.

In illo tpe iuſſit Jeſus diſcipulos ſuos aſcẽdere in navicu-lã, ⁊ ꝑcedere eũ trans fretũ, donec dimitteret turbas. Et di-miſſa turba, aſcendit in montẽ ſolus orare. Veſpere aũt facto ſo-lus erat ibi: nauicula vero in medio mari iactabatur fluctibus:

erat

erat.n.cõtrarius vẽtus. Quarta aũt vigilia noctis venit ad eos ambulans ſupra mare. Videntes aũt eũ ambulantẽ ſupra mare turbati ſunt dicentes: Quia phãtaſma eſt. Et pre timore clamauerũt. Statimqꝫ Jeſus locutus eſt eis dicens: Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere. Rñdens autẽ Petrus dixit: Dñe ſi tu es, iube me venire ad te ſup aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcẽdens Petrus de nauicula, ambulabat ſup aquaꝫ, vt veniret ad Jeſum. Videns vero ventũ validũ, timuit. Et cũ cepiſſet mergi, clamauit dicẽs. Dñe saluũ me fac. Et ꝯtinuo Jeſus: extendens manũ: apprehendit eũ: ⁊ ait illi: Modice fidei quare dubitaſti? Et cũ aſcẽdiſſet nauiculã, ceſſauit vẽtꝰ. Qui aũt i nauicula erant venerũt: ⁊ adorauerunt eũ dicentes: Vere filiꝰ dei es. Ore. Oio.

Domine deus noſter, qui gubernaſti Noe ſuper vndas diluuij, ⁊ manũ Petro extendiſti: porrige dexteram tuã ſuper hanc nauim, ⁊ ſuper nauclerum ⁊ nautas eius: ⁊ dona ipſis famulis tuis ſanitatem aie ⁊ corporis: ⁊ ad portum ſalutis eos perducere digneris illeſos. Qui viuis ⁊ regnas. Pſalmus.

